



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 B
8

OPVSCVLVM

SVPER AVC. SACRAMENTA. C. SI ADVERSVS VEND.



PER MAGNIFICVM DOMINVM ANTONIVM DE MATHEIS ROMANVM IVRIS INTERPRETEM.







ROMAE. M. D. XLI.

OPVSCVLVM


SVPER AVC. SACRAMEN-
NE SVRRIPIENTI SIT LV-
CROSA MALITIA.



PER MAGNIFICVM DOMINVM
ANTONIVM DE MATHEIS
ROMANVM IVRIS IN-
TERPRETEM.







ROMAE. M. D. XII.

1 *Euidentialia.*

2 *Opusculi prima diuisio.*

3 *Sacramentum Iuramentum & iusiurandum declarantur eorumq; differentia.*

4 *Cur in hoc tex. ponatur sacramentum potiusq; iuramentum.*

5 *Nunquid oretenus iurare sufficiat an corporaliter tactum sit opus ad hoc vt iurantem iuramentum liget iure Ciuili Canonicoq; & consuetudinis origo.*

6 *Nunquid per sui caput iurare sufficiat & quid in litis decisione disputo.*

7 *Et quid si per Dei caput seu capillos iuratum fuerit iuramentum an custodire sit opus.*

8 *An pubertati proximus doli capax iuramento ligetur.*

9 *Prouisio textus huius an in eo procedat qui Curatore careat.*

10 *Quid si Mutus iuret & an verba requirantur.*

11 *An per nuncium iurari possit vt quis ligetur.*

12 *An iuramentum Procuratoris liget.*

13 *An in Republica Ciuitate aut Ecclesia textus iste procedat.*

14 *An contractus ipso iure nullus iuramento firmetur. An vero dici debeat q; non firmetur sed quod sit obseruandum.*

15 *Que vtilitas ex differetia dicta resultet, vbi de herede decessionario iuramen. an eos liget & ibi videas q; sit odiosus hic tex.*

16 *Iudei Heretici vel excommunicati an iuramento ligentur com-*

pellique possint.

17 Reuocatur in dubium an veri sint effectus & proueniat vtilitas dicta, ex eo quod illa duo que supra differunt videlicet contractum iuramento firmari, vel iuramentum obseruandum esse.

18 Quid si statutum aut lex prohibeat personam ne contrahat ipse vero contraxerit cum iuramento contractus an firmetur vel an iuramentum sit obseruandum, seu contractus nec iuramentum obseruari debeant.

19 Conclusiones ex proximis disputatis.

20 Statutum seu lex, si disponeret vt ne minorum seu similium res alienentur & quod iuramentum super contractu prestitum sit nullum an si cum iuramento alienentur iuramentum liget. Quid si statutum dixerit contractum presumi dolosum vel simulatum an si contraxerint cum iuramento ligentur.

21 Conclusiones ex disputatis.

22 Si predictum secundum statutum extaret, et minor postquam cum iuramento contraxit est confessus contractum non fuisse dolosum nec simulatum. Queritur an ex hoc remaneat obligatus.

23 Quid si duabus ex rationibus contractus sit inualidus. Puta propter minoritatem ac propter priuilegium rei quia forsitan fundus dotalis erat. An iuramentum super eo simpliciter prestitum ambas tollat, ita quod ex nulla contrauenire possit.

24 Quid si contractus nullus existat quia contra bonos mores an iuramento conualidetur vel saltim iuramentum obseruari debeat.

25 Quid si contractus fuit inualidus quia principaliter contra pu-

ne doli, & an repeti soluta possint in tali casu.

39 An & qn contractus simulatus iuramento firmetur concluditur.

40 An contractus ratione rei reprobatus quia puta comercium non sit eius iuramento firmetur.

41 An contractus ob subditorum varias vtilitates reprobatus iuramento substineatur.

42 An donatio inter virum & vxorem iuramento conualidetur.

43 An per iuramentum derogetur titulo. Ne fideiuss. dot. dent.

44 An transactio non inspectis testamenti verbis iuramento firmetur in terminis. l. cum hi. ff. de Transact.

45 An donatio vltra quingentos absque insinuatione iuramento corroboretur.

46 An donatio inter patrem & filium iuramento firmetur.

47 An pactum de non cedendo bonis iuramento substineatur.

48 An ad hoc vt minoris iuramentum etatis beneficium tollat eius certioratio requiratur.

49 An hic tex. in contractibus locum habeat in quibus ex vna tantum parte obligatio nascatur.

50 An in distractibus locum habeat & quid in Mulieribus, & quid si statutum extaret vt contractus iuramento firmentur an in distractibus locum habeat.

51 Quid si coram testibus quis iurauerit non venturum contra promissa iuramentum an absenti prosit ita quod iurans absolui non possit.

52 Quid si minor contractum seruare iurauerit super sua re ab

alio factum, an iuramento ligetur.

53 Minoris iuramentum an eius actum in iudicio sine Curatore validet.

54 Quid si primo minor iurauerit non alienaturum sine Curatore vel Iudice. Demum sine his cum iuramento alienauerit an teneat alienatio.

55 An in vltimis voluntatibus & a libera voluntate pendentibus locum hic tex. habeat.

56 Si Procuratorem non reuocare quis iurauerit, an postmodum reuocare possit.

57 Quo remedio quis iuramentum obseruare cogatur & an recipiens iuramentum actionem exceptionemue habeat siue officium iudicis.

58 Quid si metus non esset iustus an iuramentum teneat & sit obseruandum.

59 Cur metus nullitatem operatur in iuramento non autem in ceteris actis.

60 Quid si dolo minor ad contrahendum inductus fuerit iuramentum an sit obseruandum.

61 An ex enormi lesione dolus presumatur. Ita q̃ iuramentum super contractu (in quo enormiter quis ledatur) sit nullum, & primo de maiore iurante.

62 Quid si iurans generaliter dixerit ex nulla causa contrauenturum an iuramento ligetur.

63 Quid si specialiter verba protulerit non contrauenturum ra-

tione lesionis enormis vel enormissime an iuramēto ligetur.

64 Et quid in minore iurante in casibus predictis, & ibi optima cautela datur.

65 Generales conclusiones ex predictis.

66 An per statutum violari iuramentum possit.

67 An iuramentum de quo tex. noster cum similibus, nullum sit ipso iure an vero sit aliquid in effectu tamen annulletur.

68 An & quando iure Canon. predicta procedant.

69 In concernentibus Animam, quomodo per ius Canon. Ciuile tollatur.

70 Quid si iurans protestatur vel per antea protestatus est an teneat iuramentum si deceptus postmodum inuenitur.

71 Quomodo dolus esse debeat vt iuramentum sit nullum nec absolutione sit opus.

AVERTE IESVS OCVLOS MEOS NE VIDEANT VANITATEM.

1 
VAM subtilis famosa quotidianaq; sit materia iuramenti professori cuilibet iurium enotescit. ¶ Premittas iuramentum esse tunc validũ cum illos tres comites habeat iustitiam, iudicium, & veritatem.c.& si Christus de iureiur. Melius in.c.animaduertendum.xxii.q.ii. ¶ Premittas per Curtiũ dñm meum hic dici non de litis decisorio de quo lex admonendi.ff.de iureiur. Nec obligationis introductiuo de quo.l.iusiurandi.ff. de operis libert. ꝙ intelligas parti, vt ibi & inferius habebis, neque presentium futurorumue assertiuo, de quo glo. tãgit in.l.Lucius.ff.de Infam.Sed de iuramẽto confirmatorio sicut in textu patet.In quo Imperatoris intentio bene summatur. Nec puto eum summari melius posse, diuiditur in duas partes.In prima decidendo dictum ponit.In secunda excipit amplian do secunda ibi per vim. Casum per te figura.

2 ¶ Nota iuramentum super cõtractibus prestitum obseruari debere. ¶ De quo iuramento loquamur in prima opusculi parte dicemus. ¶ Et in quibus personis iurantibus hoc locum habeat.In secunda dum incipiam, in tex. ibi Puberum. ¶ Et in qui-

bus contractibus iuramentũ prestari debet vt obseruari sit opus. In tertia parte aggrediemur, ibi, ampliatur vltimo. ¶ Et quo remedio quis ad obseruandum compellatur. In quarta incip. in tex. ibi custodiantur. ¶ De dolo, vi, vel metu, ex quibus iuramentum reddatur nullum. In vltima dicetur que incip. in tex. ibi per vim. Opusculum ergo diuidas in quinque. ¶ Nota quod licet actus per vim seu metũ celebrati regulariter teneant, & ex titu. ff. & C. quod metus causa rescindãtur. Non tamen hoc procedit in iuramento cũ sit ipso iure nullum vt hic, nec absolutione sit opus, quod quomodo procedat inferius habebis in tex. super verbo nullius momẽti. ¶ Doctores ponderant verba textus & super quolibet oportunas questiones apponũt. Itaque vt sequar ne miremini si aliter q̃ secundum morem ordinabo.

3 ¶ In tex. ibi sacramenta dicas hoc verbum ea proprie significare que sacra ex mẽte inducta fuerunt. Et in veteri nouoque testamento ponuntur, vt Baptismus, Penitentia, cum reliquis de quibus glo. est in c. veniens de Transac. & in Rubr. cum tit. de sacramẽ. non reiterañ. facit quia illa permittuntur, vt in d. glo. cum similibus, hec prohibentur. d. c. & si Christus. Ita Bartoli mente vtar. Dum dicit sacre rei signum. Non hic tamen ponitur taliter. Sed improprie videlicet pro iuramento suscepto super sacris literis euangeliis aut aliter dũmudo sacris, vt glo. dicit in corpore vnde sumitur hic textus, Cyn. & antiqui. Salyc. hic, ex eo forsitan dicas quia mẽs ad sacra dirigitur, secũdum Imolam sed dic de sa-

cris habere mentionem ut inferius declarabo. Pro quo scias ꝙ ius.ff.hoc verbo non utitur. Sed exprimit illa duo uidelicet iusiurandum & iuramentum de quibus in tit. de iureiur. Igitur & dicas ꝙ ultima duo uerificantur in idem, & in plusq̃ sacramentum, ex quo non solum capiunt quando per sacra iuratur. Sed etiam si per non sacra. Puta per caput seu salutem iurantis, uel filiorũ tex. est in.l.ait pretor in fine cum sequent.ff. de iureiur. per genium principis, l.si duo patroni circa finem eodem in tit. per fidem uel aliter ut sepe uidemus. Nec Antiqui dicant (ut Curtius refert) iuramentum solummodo denotare aliter q̃ per sacra iuratur. Cum ex dictis iuribus habeas generale uerbum esse siue nomen. Item patet in auc. iusiurandum ꝙ prestatur ab his. Nec etiam credas iusiurandum non aliter dici q̃ si in iure sic in iudicio iuretur. Argumento eorum que dixi in.l.i.ff.de iurisd.omn.iud.& Rubrice.ff.&.C.de in ius uocand.cum aperte tollatur per tex.in.l.iusiurandum eodem titulo dicto, idem iusiurandum & iuramentum esse dicamus, sed sacramẽtum dicitur ut supra quo uerbo uti per ius codicis ceptum puto. eo forsitan quia ius illud introduxit ut per sacra tantũmodo iuraretur. est tex. in.l.i.ibi nisi prius tactis sacrosanctis & in.l.ii.§.i. ibi sacrosanctis uidelicet.i.de iuram. calum. ac in l.generaliter.§. in omnibus. ibi sine sacris scripturis tactis.i.de rebus credit.in quibus patet Imperatorem restringere uelle uerbum iuramentum uidelicet in his iuribus tantum significare quando

per sacra iuratur. Est tex. in. d. §. i. ibi uidelicet euã geliis, ubi se declarat ipsum, dum exponit quomo- do uerbum iuramentum ibi suppositum intellige- re uelit, non in toto suo significatu, sed per sacra tã tum quando iuratur. Quo declarato discrimine si ne ullo pro alio utitur uno, ut Sinonimis patet in d. l. i. in uerbo iuramentum iunctis primis uerbis autentice sequentis. Idem patet. d. l. generaliter & in locis mille non tamen in correctoriis, ut hic.

4 ¶ Ad rem finaliter concluderem quod Fredericus di xerit Sacramenta puberum. Ad denotandum quod nõ aliter inuiolabiliter custodiri oporteret in contra- ctibus minorum quam si per sacra iuraretur, hoc sua- dent superiora verba in corpore versic. Episcopos, & vers. illicitas. vbi sacrorũ fauore disponit. Ideo quod itidem in sequentibus cõsequenter hic faciat est presumendum. arg. §. si initium in. l. argentarius. ff. de edend. &. l. heredes. §. sed si nota. ibi uicinis scri- pturis. ff. de testam. cum simil. Insuper adderem quod sicut Iustinianus in. d. §. i. uoluit ne aliter partes ad uocatique iurasse intelligãtur quam ante iudicem sacro sanctis positis. Ita quod hic Fredericus ad Iuramentũ necessario custodiendum. Ex quibus infero ad pre cedentis Alexandri legis correctionem. Dum uo- lebat indistincte ut quomodolibet iuraret minor obseruare teneretur, patet in uerbo iureiurãdo quod ut dixeram in quolibet iuramẽto uerificatur. Item patet in verbo perfidie nam contra iuratam fidem uenire non poterat per eum textum. & si per sacra minime iurasset. Sed quia minores in eo defrau-

dabantur beneficio minoris etatis. Fredericus hic uoluit ne aliter obseruare teneantur q̄ fauore sacrorum. Anima enim rebus omnibus preferenda est. l. sancimus de sacrosanct. Eccles. quam in alio doc. allegant. Ex hoc fortasse posset inferri, ꝙ in contractu minoris ubi uerba exprimerentur illa uidelicet iurauit &c. prout sepe uidemus in prothocollis, ꝙ nec hodie contractus substineatur, cum simus in lesione minorum sic odiosis, igitur ex his verbis minimum iuratum per sacra dicemus ex quo non fuit specificatum, immo aliter prout uerbum, iurauit, uerificari posset. Non obstat regula, l. quoties; ꝙ uidelicet in dubio magis ut valeat, q̄ pereat actus interpretari debet. Quia verum respōderem nisi ex valitudine legum correctio resultaret. Immo iniquitas, ut in casu nostro: nam fauorabiles minorum leges corrigerentur. Similiter dicerem in mulieribus; auc. siue a me. i. ad uellei nec obstare putarem. dictionem illam, &c. Declaratam per Bar. in. l. gallus. §. idem credendū. ff. de liber. & postum. Quia sumus in odiosis & corrigentibus vbi non per subauditiones ut Bar. ibi voluit. Sed per expressa verba iudicari oportet. l. precipimus in fine. i. de appell. Que opinio mea videtur & sine dubio. Si antiquorum dictum verum teneretis uidelicet, verbum, iuramentum non importare quando per sacra iuratur sicut retuli.

5 ℂ QVERITVR iuxta predicta nūquid hic oretenus iurare sufficiat an corporaliter sit opus. Vltimum hoc antiqui omnes legiste volunt & Bal.

& Salyc. Quia tex.hic uenit ad precedentis declarationem in qua corporaliter dicitur. Nam in terminis declarate declarãs intelligi debet, ut in auc. de filiis ant.dot.inst.nat. Item quia dicitur hic de sacramentis & sic super sacra re corporale tactum denotat igitur. Nam quando solo verbo prestatur nõ dicitur proprie sacramentũ ut notatur per glo. in.§.sed neq; auc.de mand.princ. dum allegat tex. in.l. si alterius.i.si minor se maior.dixer. Item & quia tex.hic odiosus non debet extendi concludũt ut superius Bar.affirmauit: non aũt iure Canonũ, quia tunc solo verborum.c.si quis presbiter.ii.q.v. Sed Imola in.d.c.cum contingat extra de iure iuran.uult ꝙ immo ciuili iure, sufficiat uerbotenus, cum ethimologia uelit.nam si dicitur sacramẽtum ergo ad sacra mentem habere sufficit. Sed tu dic de sacris mẽtionem habere, cum eius ethimologia nimis ab intrinseco capiatur. Eum sequitur Paul. & Corneus q̃uis anceps. & ex eius ethimologia respondent notatis in.d.§.sed neq;. Item ad primum supra positum fundamentum dicunt hanc non interpretare sed ampliare precedentem.probant cum de contractu ualido loquat̃ precedens arg.l.iii.§. condemnatum.ff.de re iudic. Nihilominus hec de inualido quoq; per omnes intelligitur. & sic in illo cum hec ampliet & in isto dicendum putant. Ad tertium dicũt fauore anime ampliare debere ꝙ potius attendi debet q̃ lesio minoris in bonis.d.l.sancimus. ¶ Tu finaliter communem teneas per tex. in.d.l.i.§.ibi tactis. & in.d.l.ii.ibi ante iudicẽ pro

positis de iureiur. & in.d.l. generaliter.§.in omnibus ibi: tactis.i.de rebus credit. Nam in his bene probatur necessarium esse tactum super sacris., & ne replicare possis ꝙ loquantur in sacramẽto iudiciali sic i diuersis terminis.Breuibus(& si pluribus respondere possem)ꝑ nunc ero contentus dare textum in.d.l.si alterius.ibi.si tamen iuncto ibi.corporaliter nam ibi contractus minoris est sacramẽto uallatus. Ad id ꝙ supra dixerunt extendi debere.dicas non esse uerum.ubi forma data reperitur ut in casu iuribusq̄ nostris propter ꝙ nec allusio locũ habet.ad ꝙ Imolam testor in.c. & si Christus de iureiur. post Innocentium ibidem dicentem, verum esse ꝙ deus ad corda respicit. nisi data forma iure caueretur, uel consuetudine. ¶ Quorum inuestigatio parue uidetur utilitatis cum & in secularibus foris canones obseruentur stari solo uerbo debere.c.licet mulieres de iureiur.in.vi. Corneus tamen dicit in contractibus infidelium obseruari.cũ Imperatoris ligentur legibus.l.Iudei.v.de Iudeis. contra hoc uidentur supra dicta per Imol.post Innoc.quos etiã Bal.in corpore sequitur & Corneus hic.uidelicet requiri tactum ubi pro forma datur. Sed tamen aduertas ꝙ per Canones alterata legũ forma fuit, ut patet in.d.c.licet, in ratione sui dum dicit, nos animarum periculis obuiare uolentes. nã periculum anime nõ consistit in forma pro quo tex.in.c.si aliqua.xxii.q.i.hic igitur Corneus bene dixit.Nec obstat hodierna consuetudo que cum requirat tactum, formam prebet obseruandam alias

actus nullus redderetur secūdum innocentium qui sic argumentauit. Quia dicerem consuetudinem dare formam sed non ita potentem ut Canonum scripta lex corrigeretur. In eo maxime ꝙ lex antiquiorem correxit aliam, ut in casu nostro, & ubi periculum uertitur anime, ꝙ.d.c.licet que ratio, legibus, minus consuetudine tolli potest. Igitur concluderem, ꝙ instrumentorum uerba illa. uidelicet iurauit ad sancta euangelia, non facta mentione de tactu sufficerent, & in hoc fundatam esse communem praticam putarem. Dum quelibet scriptura tāgitur & profana, immo pagina nec scripta, dummodo per euangelia sacra dicatur. Nam hoc ratione alia non crederem, nisi quia & sine tactu ualuisset actus quamuis pro abundanti cautela tangatur.

6 ¶ QVERITVR in terminis huius textus. An per caput suum iurare sufficiat. Iac. Butr. non cum nō sit sacramentum. Quem sectatur Corneus Ciuili iure Sed in Canonico sequitur Imolam in. d.c.& si Christus, ꝙ sic, ego putarem contra, per tex.in.d.c.licet, ubi similis est casus. nam se refert ad.c.cum contingat, ibi proprio sacramento, argu. tex.in. auc. de filiis ant.dot.inst.nat. Non obstat Imola dicens iurari posse per demonem & astringit.c. monet.xxii.q.i. Cum & si stringat iuramentum, non ex hoc sequatur Corneus dicit, ut in tex. hoc uendicet locum pro eo dicere posses ꝙ immo sequatur ex ratione.d.c.licet. Respondebo statim in proxima questione quam uidebis. ¶ Quid erit in litis decisione. Bal. & Corneus dicunt & Ciuili

iure

iure ꝙ per caput iuramentum valet & aſtringit per tex.in.l.iii.in fine cum ſequeñ.ff.de iureiur. ꝙ mihi nec placet per tex.in.d.l. generaliter.§.in omnibus.i.de rebus credit.ibi, vel ſacroſanctis, quē Bal. alias ponderauit, nam ex eo crederem alteratum eſ
7 ſe textum in.d.l.iii. ¶ QVERITVR, tertio quid ſi per capillos vel Dei caput. Reſpondetur per glo.in corpore. Imolā ubi ſupra. Sequitur Corneus ꝙ minime ſufficiat, & ſi periurium ſit ꝙ etiā pro litis deciſione notabis.d.§.in omnibus, aduertas tamen ꝙ quia periurium non euitatur ſecundū omnes.d.c.& ſi Chriſtus. Videtur ut ſufficiat in terminis huius tex. ex ratione.d.c.licet, nihilominus reſpōderem, rationem illam regulari ex verbo ſacramentum poſito in.d.c.cum contingat que ratio cum in ſacramento maior ſit q̄ in iuramēto per caput uel ſimili, vt eſt tex.in.d.c. monet, circa finē ibi grauiori tamen, ad minorem trahi non debet, nec eſt arguendum affirmatiue vt vulgaria iura volunt, vbi maxime ſumus in odioſis. Item ſi ratio.d. c.licet ſumeretur vt verba ſonant pro certo & ſine iuramento mulieres obſeruare deberent, cum animę periculum ſit, & ubi ſimpliciter promiſſa nō obſeruentur.d.c.& ſi Chriſtus, & ſic uerbum ibi, ſacramentum, uano poneretur per hoc dicendum puto rationem ibi poſitam regulari. prout ſuadet ſacramenti verbum. Et ſic ſecundum quid, & in hoc ponere poſſes regulā.l.ſi vno.ff.locat.cū ſimilibus. ¶ IN TEX. ibi puberum, habes iuncta glo. doctoribuſq; hanc non habere locum in impube-

8 ribus. QVERITVR. Quid in proximo pubertati ac doli capace, glo. hic & in corpore in. d. l. qui iurasse ac in. l. fin. de liberal. causa. idē ꝙ de pubere sensit ꝙ sequunt᷑ Petr. Cyn. Butr. Bal. Fulg. Ang. hic & Ang. & Paul. in. d. l. qui iurasse. Federicus de Senis in suo consil. xxxi. incip. Minori, &c. tenentes hoc idem iure Canon. ¶ Primo fundant per hunc tex. a contrario sensu, responderem ex ratione. Nam iura distingunt impuberes quia nullū eorum animi iudicium est. §. Preterea. inst. quibus non est permiss. facere testamentum. l. i. in fine. i. de fals. mon. ibi quia etas eorū ignorat. Sed si damus casum impuberis in quo animi sit iudicium, & sic doli capacis. Ratio distinctionis puberis ab impubere cessat. cōsequenter tex. noster in impubere tali locū vendicabit. ¶ Secūdo dicunt, hec auc. iuris regulis exorbitat. nō igitur extendēda. c. que exorbitant de regul. iur. in. vi. Respondet Curtius extēdi debere propter anime fauorem ubi ratio par laborat, & probat per Bartolum, & doct. hic dū istū tex. ad distractus extēdunt. Replicare tu posses ꝙ illud quia sub verbo cōtractus large distractus venit. Nihilominus extendi propter animam dicas quia regulariter uerum est. Anchar. & Imol. in. d. c. quāuis de pact. Butr. in. c. fin. de cōsuetud. & Alex. in. l. siue apud acta de Transac. ¶ Tertio sic aiunt magis in adulto q̄ in pupillo q̄uis doli capace iudicium laborat notatur in. l. fin. ff. de. test. milit. & in. l. si minor. ff. de acquir. hered. ergo cū simus in rigorosis extendi nō debet. l. cum quidam. ff. de li-

ber. & postum. Breuiter tu nega minorē iudicium esse in doli capace nec ille glose dicunt hoc, & circa extensionem satis est dictum, igitur & cetera. ¶ Quarto sic doli capax, non punitur ut pubes.c.i. de delic.puer. ubi mitius doli capax, ergo. nec in odiosis ut hic extendetur. Dicerem textum in.d.c. i.non cogitasse de doli capace.probarem quia ꝙ pupillus doli sit capax, raro uenit non igitur considerandum.l. nā ad ea.ff.de legib. Ita facti est. Sed facta non presumūtur.l.emancipati, ubi docto. de collat.cum vulg. igitur, &c. Item tex. ibi uidetur aperte loqui.dum dicit, puerilis etas. Ergo sua cū qualitate intelligi debet. Iuribus uulgar. ¶ Quinto sic iuramentum hoc ex vnius tantum uoluntate potest expediri Bar.hic in.ii.col.Bal.in ultim. Sed in his que dependent unius ex uoluntate. Pupillus obligari minime potest.l.ii.§.uoto. de pollicit.c.i. &.ii.de regular.igitur. Sed respōderem prout modo dixeram ad.d.c.i.& ad tex.in.d.c.i.§. fi.&.c.ii. de uoto. Dicerem ꝙ non comprehendat doli capacem, patet ibi.cum eorum que tunc agit plenū non habeat intellectum. ¶ CONTrariam opinionem. Sic doli capax ut iuramento ligetur iure Canon.tenuerunt. Hostiens.& Iohan.andr. in nouel. in.d.c.cum contingat Bar.hic & Paul. in alia lect. dicens hanc ueriorem Paul. de Eliazar. & Geminianus in.d.c.quamuis de pact.in.vi. Imol.in. d.c. cum contingat. glo. doctoresq; communiter in.d. c.i. de delict.puer. Salyc.in.d.l. qui iurasse. Corneus hic & Curtius. ¶ Primo qa doli capax obli-

gatur delicto siue periurio.d.c.i. de delict. puer. igitur & hic, ex ratione.d.c.cum contingat &.c.licet, Fulg.respondet ut in conclusione finali huius articuli dicam. Sed quia ibidem ipsi replicabo. Tu dicas q non sequitur eorum dictum. Nam periurium fit & si per demones iuraretur, per capillos, p caput, &c. Nihilominus hic textus locum tunc nõ habet, ut in proxima diximus questione non.n. sequitur q ubi quis caderet in periurium, ibi textus iste uerificetur. Item responderem q si uerum dicerent sequeretur ut etiam in pupillo nõ doli capace locum hic tex.uendicaret. Ex quo tex.in.d.c.i. loquitur magis in doli nõ capace. Immo nec disponit in doli capace superius ut probaui iuxta quartum fundamentum contrarie partis, & quia q̄ inepte poneret hoc satis elucescit, igitur, &c. ¶ Secũdo dicunt ius Canonum approbando tex.nostrum nil aliud considerasse q̄ periculum anime.d.c.licet cum simil. Sed in doli capace periculum anime uiget, igitur. Responderem illud simpliciter non ita capi, sed limitate sicut in proxima questione dixi. Dicendum est igitur ut periculum anime limitatũ considerauerit sicut in iure ciuili diximus, hoc est in persona puberis ut hic, ut iura iuribus consonent.c.cũ expediat de elect.in.vi. ad hoc facit tex. in.d.§.de filiis aut.dotal.inst.nat. ¶ Tertio ducũt textum in.c. ex literis el.ii.de sponsal. Responderem illud speciale esse matrimonii fauore, probarem quia loquitur & in eo qui doli non sit capax, hoc negari nequiret, quia generalis tex. ille nimis

restringeretur. Item quia doli capacem esse facti est, & sic non presumendum, igitur. Item verbum ibi impubescetes in potiori significatu capi debet, iuribus ulgaribus igitur, &c. ¶ Finaliter in articulo tenerem predictam vltimam opin. etiam de iure ciuili. ¶ Primo per ea que posui superius dum fundamento primo alterius opin, responsionem dedi. ¶ Secūdo per tex. in. l. si alterius. i. Si minor se maior dixerit, ibi, cum malitia suppleat etatem. illa. n. ratio facit vt minor auxilium restitutionis amittat itidem igitur hic dicendum puto. Responderi posset ut per Fulgo, quia ibi, a principio dolus inerat. non sic in nostro, dum iurat super contractu licito, dolo caret. igitur pro maiori nō debet haberi, nec auxilium restitutionis perdet per iuramentum, sic etiā respōdet ad tex. d. l. impuberē de furt. cū simil. & d. c. i. de delict. puer. Nihilominus dicas nil vrgere, quia q̄uis a principio, &c. vt supra. tamē tunc dolus inest cum contrauenit non igitur audiri debet, contra sacramentum a se sponte datum in tempore quo doli capax erat. & sub anime periculo se stringi sciebat. Pro hac etiam opin. do tibi glosam in. c. paruuli. xxii. q. v. ¶ Sic igitur ampliatur. Primo regula textus nostri. Quam communiter intelligunt vt per iuramentum contractus minorū cōfirmentur & conualidentur. Sed an iste uerus intellectus habeatur. Inferius dicam in ampliatione vltima, ubi ponam quomodo sequentes ampliationes intelligantur. ¶ AMPLIATVR, Secundo, Procedat ne dum in eo qui curatore caret. Sed

etiam in habente, quando ſine ipſo iurauit. Quia
cum iuramentum repreſentet ipſum eſſe maiorem
opus curatore non erit. Bal. in corpore. q. l. iii. Ra-
phael hic. Et Corneus communiterq; pro quo fa-
uor attenditur anime reſpicens in vtroq; pariter, &
aduertas in hac ratione communi doctorum dum
dicunt repreſentare maiorem quia non ſic procedit
in ſtatuto quemadmodum in iuraměto. Nam ſi ſta
tutum extaret, ꝙ maior decem & octo annis ꝑ ma
iori vigintiquinq; haberi debeat, ut in hoc regno,
& quis maior xviii. pronunciatus fuerit; non per
hoc amittet priuilegium, ſeu beneficium reſtitu-
tionis in integrum. Bal. in. l. ſi captiui. v. de Epiſc.
& Clericis & Curtius hic penultima colun.

10 ¶ AMPLIATVR tertio ꝙ procedat in mu
to quia verba non requiruntur ſecũdum antiquos
& Salyc. hic ſequitur Corneus. Mihi non, & dic
immo verba requiri vt euangelia ſacra vel nomen
Dei, pro certo deſignent. non Dei caput uel ſancto
rum patrum ſimiliumq;, ut ſupra diximus. Nihilo-
minus quia nihil refert quid fiat ex equipollenti-
bus. l. diſcretis in fine. i. qui teſt. fac. poſſint. Suffi
ciet vt ſignis mutus per ſacra iuret, puta ſi Chriſti.
Corpus deſignaret & ſuper literis manus impone-
11 ret. ¶ AMPLIATVR quarto per Iac. de
Aren. Petr. Cyn. Salyc. Corneũ reliquoſq; ꝙ pro-
cedat, & ſi per nũciũ iuraretur ad hoc deputatum.
12 ¶ AMPLIATVR quinto, & ſi iuraret pro-
curator in perſona domini ſui conſtituentis glo.
eſt in. c. in appellationis. §. procurator de iur. calũ.

in.vi.cum allegatis eius.quam ſequitur Corneus, ſed puto ꝙ illa iura nõ probent in procuratore magis quã in nuncio. Solus tex. in.c. procurator de Elect.in.vi.probare uidetur. Sed quia patet ibi ꝙ ſpeciale mandatum habere debet ut in animam cõſtituentis uerba concipiantur. Dicendum eſt ꝙ in eo actu magis nuncius dicatur q̃ procurator cum de natura ſit procuratoris in ſua non domini perſona concipere uerba & in hoc a nũcio differat.Bar. in.l.i.ff.de procur.§. procurator cum uulg. & ꝙ ſi (procurator iurauerit ipſe dominus nõ teneatur in terminis huius tex. ſed tantummodo procurator ipſe) Cynus hic tenuit in.q.ix. Nec obſtant alia iura per.d.gloſam allegata. Quia cum non aperiãt per quem iuratur per nuncium dici debet,ex modo
13 dictis ut iuribus concordetur. ¶ AMPLIATVR ſexto ꝙ procedat etiam in republica & ciuitate quamuis in eccleſia ſit ſecus cum fauore ipſius iuramentum nunq̃ eam maiorem repreſentet. ut Bal.in.l.generaliter.i. de rebus credit. glo. eſt in.c.i.de in integ.reſt.lib.vi. tamen Curtius hic penul.col.idem in republica putat ꝙ in eccleſia cum diuerſitatis ratio minime dari poſſit, ſic ab amplia
14 tione recedit. ¶ AMPLIATVR ultimo ſic intro tex.& glo.in verbo,contractibus,& tertiam opuſculi partem, ut nedum procedat in contractu qui ratione minoris etatis retractari petitur. ex remedio reſtitutionis in integrũ. Sed & ſi iure ipſo ſit nullus. ¶ Pro quo uidenda duo ſunt. ¶ Vnum An concluſio uera ſit hec in terminis huius tex. &

legis precedẽtis. ¶ Aliud an uera sit in se per alia iura, uidelicet, contractum ipso iure nullum iuramento conualidari firmariq;. ¶ Scias ꝙ in utroq; iure tenuerunt affirmatiuam glo. hic dũ ponit exẽplum quando uendidit sine decreto. Item dum allegat.l.de thesauris, & glo.in.l. Codicis. Bart.in.l. si quis pro eo.ff.de fideiuss.ibi. Tertio dixi. dũ loquitur de fundo dotali. Bal.in.l.pactũ.i. de collat. Imol.in.l. Qui superest. ff. de acquiren. heredit. Corneus hic & cõmuniter Cytramon. Quos Curtius hic sequitur, dicens hãc esse communem legistarum & canonistarum. ¶ Mouentur primo per nostrum tex.in uerbo inuiolabiliter, ꝙ indistincte prolatum & inualidos comprehendit. Sed responderem, huius verbi naturam esse aliis deseruire in eo ꝙ significant, non autem inualidos cõprehendere, nam est aduerbium sed alia uerba textus tantum ualidos important argu.l.iiii.§.condemnatum de re iudic. igitur &c. Nã per illud aduerbiũ crederem Imperatorem ostendere uoluisse ne uioletur sacramentum. Item ad hoc intelligerem, ꝙ si ui, metusue occasione contraueniretur, uiolare nõ esset: & sic ministerium caperem in aduerbio. ¶ Secundo dicunt ꝙ si ualidos tantum importaret hic textus frustatorius esset cum in.l.C. de ualidis dixerit, Responderem nõ superflue poni cum restrinxerit.l.codicis in eo quia de iuramento quolibet loquebatur. per hanc uoluit Fredericus minorum sacramenta tantum inuiolabiliter custodiri superius ut dixeram. Item nec superfluus dicetur. Quia

cum

cum nobis fallentias dare vellet ibi. per vim : vt eas perciperemus regulam replicare fuit opus quã uis in.l.Codicis ponatur ꝙ in mille videmus obseruari legibus. ¶ Tertio sic, Ratio periurii quam Imperator in precedenti lege ponit tam in inualido q̃ valido viget, igitur & inualidum capit. Respõderem. Et aduertas ꝙ legem primam Bal. & communiter omnes volunt. & Paul. & Corneus hic loqui tantum de contractu valido. Salua tamen minoritate. per quam restituitur: & ꝙ de valido probatur, quia restitutio sub cuius est titulo presuppo nit validitatẽ. & firmãt ꝙ per eã.l. inualidi iuramẽto minime conualidentur. Modo sic dico, ꝙ sicut illa ibi ratio non capit inualidos. Ita ꝙ hic non amplectatur. ¶ Ex qua mea responsione inferrem. Contra Paul. & Corneum hic distinguentes tempora ꝙ iure. ff. iuramentum super inualido nullum erat. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. iure Codicis ꝙ in integrum restitutionem tantũ auferebat, per. l. supra primam, Autenticorum iure ꝙ validum de inualido faciebat vt hic, sed contractũ solummodo minorũ puta quia sine decreto. vt in glo. Nam ex modo meis dictis habes ꝙ si iure Co dicis non conualidabat nec iure autenticorum cõ ualidare dicendum. Nec obstat aduerbium inuiolabilis quia dedi respõsionem. ¶ Sed insistendũ. ꝙ ratio. l. i. conualidationem importet. nec Bal. & communiter obstant. Quia dum de valido tantum eam loqui volunt, affirmarem. Sed responderem conualidatum esse per iuramẽtum non. n. dum di

cunt eam de valido loqui. tollunt quin fuerit conualidatus per iuramētum, Immo ratio que ibi sua det, iuramento conualidatum esse, uel saltim deno rat Imperatorem idem uoluisse quando cōtractus ab initio nullus esset. Ex quo per consequentia dicendum est iuramentum conualidare contractum nullum. ¶ Nihilominus pro respōsione illiusq;.l. intellectu duo cōsidera. ¶ Primo q; in ipsa.l.contractus de se ualidus erat absq; iuramento. Probo nam supplicans restitutionem obtinere credebat non obstante iuramento, & sic per remediū extraordinarium.l.in cause.ff.de minor. Sed si contractus de se fuisset inualidus puta sine decreto in inualiditate sic ordinario remedio, per titul.de rebus eorum institisset.nō autem in extraordinario. Sed quia sic institit.est dicendum ordinario caruisse remedio consequenter contractum ibi semper fuisse validum, & si replicares q; ingnorabat forsitan inualiditatem. Triplicarem nō presumēdum, ex quo iuramentum sciām presupponit & fingit Cyn. hic & Corneus & si diceres illud quia magis extraordinarium sibi placuit.responderem non presumendum, argu.l.cū de indebito.ff.de probat. ¶ Secundo considera.q; rationem dum Imperator assignat eam protulit ad denegandam restitutionem.non p hoc sequitur ut protulerit ad probandum q; per iuramentum contractus conualidetur, probo quia ratio limitata limitatum effectum parit.l. in agris limitatis. Secundo probo quia speciale ius est restitutio.d.l.in cause.de minor. ꝓpter eius igitur su

blationem non sequitur vt ius commune tollatur. & sic titulus, de rebus eorũ, ubi ratio maior est.l. eius.§.Militia.ff.de test.milit.& si diceres eandem rationem esse in contractu cõualidando que uiget in restitutione tollenda, consequenter ꝙ sicut iuramentum restitutionem tollit, contractum ita conualidet.Responderem negatiue per tex.in.d.l. iurisgentium.§.& generaliter.ff. de pact. ubi periurium non attenditur sed habetur pro non periurio si contrafiat.quando de se contractus fuit nullus. dicit.n.ibi tex.quando pactum est remotum a iure communi iuramentum super eo non tenet. Sed casum huiusmodi nos presupponimus igitur non dicemus rationem huius tex.que est periurium uigere in contractu conualidãdo alias de se nullo.Nec dicas ꝙ ille tex.per.l.hãc primam corrigatur, quia responderem non presumendum incontinenti corrigere se uoluisse.l.nam ad eo.ff.de conditioñ. & demonst.nam ille tex. Vulpiano firmatur, & etiã lex hic prima.Cum Alexander uteretur Vulpiani consilio. Item correctio neq; fit nisi uerbis expressis.l.precipimus in fine.i.de appellat. ꝙ nõ esset in casu nostro.dicendum ergo erit ex ratione.l.i.contractum inualidum iuramento minime conualidari. Cõsequenter ꝙ nec in auc.nostra probetur hoc ut ipsi uolebant.Pro quo pondero tex. in terminis. in.d.c.licet.mulieres.ibi.de iure Canonico : ergo Ciuili iure iuramentum non attendebatur sic minime conualidabat.Itaq; in terminis huius tex. & precedentis tenerem negatiuam contra Bartolum

& communiter alios. ¶ MODO, Capiamus qd erit in terminis aliorum iurium & capitulorum iuris Canonici, & sic igitur de conclusione pro ueritate. ¶ Vnde quarto dicebant iuramentum quid esse spirituale. d. c. licet, & in spiritualibus de minori etate minime curatur. c. si annum. de iudic. in vi. igitur inualidus ratiõe minoritatis quia sine decreto, conualidatur. Ego uero nego minorẽ. Probo quia minor ad sacerdotium non promouetur; nec diaconatum. clemen. generalem de etat. & qualit. igitur iure illo de minoritate curatur. cõsequenter, &c. Nec obstat. c. si annum cum regulam non tradat. Nec sequitur ibi. ergo hic. Immo arg. l. cũ pretor. ff. de iudic. Item nec probat hoc esse ꝙ ab hoc contingit abesse. l. neq; natales. i. de probat. ¶ Quinto sic arguebãt. In iure ciuili alienatio fundi dotalis nulla est. l. i. §. sed cum lex. i. de rei vxor. act. tamen de iure Cano. iuramento firmatur. d. c. licet, &. c. cum contingat. Item pactum de non succedendo improbatur a iure ciuili: tamen canonico firmatur cum iuramento. d. c. quamuis de pact. in vi. sic in pacto. l. commissorie. l. i. &. ii. de pact. tamẽ iuramento firmatur. c. significante de pignor. Ita igitur in casu nostro dicendum putant. Sed Raphael Cuma. bene respondet ꝙ secundum Curtiũ Moderni quidam sibi attribuerunt. Tu aduertas ꝙ immo Bartoli est in. d. l. siquis pro eo ibi. iii. &c. cum sequentibus, & dicunt in predictis Canonum iuribus apparere ꝙ iuramentum obseruari debet. non tamen ꝙ ex eo contractus conualidetur, ut cõ-

muniter volebant. Et sic similiter tenerem contra communem: pro quo ponderabitis textus illos in d.c.cum contingat ibi seruare debent huiusmodi iuramenta & in.d.c.licet ibi seruare iuramentum huiusmodi & in.d.c.significantur ibi.quantum in eo fuit iuramenti debitũ adimpleuit. ¶ Non obstat.vi.tex.in.d.c.quamuis,in verbo firmatum fuerit. Quem Curtius a suo patruo ponderatum dicit & nihilominus inuenio per Abbatem ponderatum in.d.c.cum contingat in.iiii.colũ. Quia responderem illum ad factum non ad ius referri debere, videlicet quatenus de facto firmatũ fuerit: pro quo dono glo.in terminis in verbo infirmabitur,l.i.ff. de feriis.& quamuis non allegent sic respondent Ang.& Saly.hic Vltramontanis dum ponderabãt verbum retractandis in.l.i.supra titu.nostro, per ꝙ probabant ibi contractum esse validum, cũ inualidus retractatione non egeat Ang.n. intelligebant quatenus de facto retractabatur, sic respondeamus in casu nostro multoq; magis.ad hoc vt ille tex.in.c.q̃uis concordetur cum.c. cũ contingat. c.licet,&.c.significantur cum simil. facit regula.c. cum expediat.de elect.in.vi.Itẽ aliter probo. Quia si verbum illud firmatum voluisset ius denotare, ꝑ certo superflue subdisset:obseruari debebit,cũ clarum sit illud ꝙ iure firmatur obseruari debere.
¶ Secundo ponderabat Curtius uerbum ibi, obseruari debebit sed nihil est quia non per hoc sequitur ut sit conualidatus. Immo uoluit obseruari debere in consequentiã iuramenti,per sequentia pro

bo.dum dicit.Ne vergat in diſpendiũ ſalutis eter ne.ſic non quia conualidatus . ſed ob diſpendium ſalutis,quem tex.declara per tex. in.d.c. cum contingat in fine,nam nil aliud eſt dicere niſi quia pactum obſeruari debebit, quia iuramentum eſt obſeruandum:non ut conſiderauerit pactum conualidatum ſeu firmatum in ſe principaliter. ¶ Septimo Dominus Abbas in.d.c.cum contingat ſic arguebat in.vi.col. videlicet quando preceptum fauore fit iurantis magis conſilium q̃ preceptum dicitur. l.cũ pater.§.mãdo. de legat.ii.& eſt dñi Anto.ut in ſequent.articulo dicam in.ii.doctorum arg.quo caſu cum lex reſiſtere nequeat iuramento ut in articulo dicto dicam in.xii.argumento videtur ſuperueniente iuramento prohibitionem tollere ſuã per tex.noſtrum in verbo inuiolabiliter obſeruari. Quod non eſſet ſi ſtaret in prohibitione arg. d.l. ſiquis pro eo ubi Bar.de fideiuſ.ergo dicendũ prohibitione ſublata. contractum validum remanere: ſed tamen reſponderem.Primo negando tale preceptum in conſilium reſolui vt in.d. articulo dicã ſecundo negando per iuramẽtum ſuperueniẽs lex. vt prohibitionem tollere videatur . Probo per tex. in.d.c.cum contingat ibi. conſenſus non uideatur obligatorius ſecundum legitimas ſanctiones. Ergo patet,ꝙ per iuramentũ legitime ſanctiones ita que leges minime mutantur , ſed non obſtantibus eis ob anime periculum iuramentum obſeruatur. ¶ Octauo dicit Abbas ubi ſupra ꝙ ſi per iuramentum contractus non firmaretur in caſu tex. noſtri

cum ſimilibus. Imperator non mandaſſet obſeruari. Cum iuramentum extraiudiciale non inducat obligationem iure ciuili, per legiſtas in. d. l. ſiquis pro eo ubi tex. per hoc tenet iuramentū huius tex. confirmatorium eſſe. Reſponderem non eſſe tutū ſimpliciter & indiſtincte dicere ſecundum communem opinionem. Quia illa procedit in caſu. d. l. ſiquis pro eo. Cum ſit abſurdum vt liber homo det operas. Preterea dato ꝙ indiſtincte procederet, illud eſt iure. ff. non ex eo ſequitur ad ius autēticorum. Immo ut hec auc. operetur eſt dicēdum vt uoluerit iuramentum eſſe deo obligatorium : tanto magis cum in corpore vnde ſumitur, Pateat. Fredericum ius Canon. conſideraſſe. ibi Epiſcopos aūt. Sic illud ꝙ animam notat. Accedat intuendo Pontificem illum in. d. c. cum contigat Inuenies eodem tempore factum illum. & tex. noſtrum. Sic finaliter concluderem cum Vltramontanis quorum fundamenta recitare, nimis fuiſſem longus. Curtius hic ponit. Sed paucis his meis dictis ero contentus pro ueritate contra Citramon. quamuis communi
15 ter approbatos. ¶ Et ut maximas utilitates opinionis huius habeamus aduertendum quia contra proximam dictam ſolutionem uidetur, ſic. Nam ſi iuramentum ſeruari debet nil aliud eſt dicere q̄ ꝙ per iuramentum contractus conualidetur. & ſic effectualiter ut uolunt Citramon. Soluit prefatus Raphael per Bar. in. d. l. ſiquis pro eo ibi tertio, & per Innoc. Iohan. andr. in. c. ueritatis de iureiur. per Bal. hic & in. l. i. de rebus credit. Quod immo diſ-

ferentia longa sit. ¶ Quia si contractus conualidatur, nec ipse neq; successor nec heres ullo pacto contrauenire potest. Sed si iuramentum est obseruandum ut supradictum est is idem iurans absolutionem relaxationemq; petere poterit & obtenta contractui contrauenire.c.ii.Doctores ubi notant de iureiur.si uis exempla per Bar.vbi supra. ¶ Itē iuramentum obseruare posset postea contrauenire per conditionem quem dicitur sine causa,ut in titulo suo.sicut ibidem dicit Bar. de filiofam. Qui iurando mutuum cepit renunciando Macedonia no,mutuum soluet ut iuramentum obseruet.Sed illa conditione repetere poterit sic de vsuris dicas iuxta.c.si debitores de iureiur. ¶ Item iurantis heres absq; absolutione contrauenire potest cum iuramentum personale sit ad heredes minime transitorium.c.ueritatis de iureiur. ¶ Itē Cessionarius dummodo bone fidei cōtrauenire posset dominus Ant.in.d.c.cum contingat in.iii.membro. Que nō procederent si contractus conualidaretur,ut dixi. ¶ Per hoc iterum dicam concludendum cum Vltramontanis, & hanc etiam equiorem in iudicando tenerem. Nam ut hic Alber. Corneus & doctores dicunt,hec auc.sic adeo rigorosa est contra minores q̄ Imperator Henricus ex querelis quotidianis minorum eam corrigere uoluit nisi morte preueniretur.Igitur interpretanda est ut eos minus q̄ sit possibile ledat.arg.l.ii. de noxal. & eos secundum Cyn.hic tex.minorum patrimonia multa destruxit multosq; misit inferis.Clamat postea cano

nistas

nistas male fecisse dum alias iniquitates huic ad-
diderunt;positas in.d.c. quamuis de pactis.c.cum
contingat cum similibus. Per hoc vt minus q̃ possi
bile sit tales persone ledantur. Sequamur vltramō-
tanos. Accedat Raphael dicens ꝙ si taliter hanc
non intelligeremus pro certo titulus de in Integr.
rest. frustatorius redderetur. Accedat equissima ra
tio. ꝙ qua fragilitate minor inducitur ad contra-
hendum eadem ad iurandum, arg.l.doli.§. diuer-
sum de nouat. Ergo sequamur istos. Neqꝫ huic vl-
timo contrafaciet ꝙ Imol. in.d.c. cum contingat,
&.i.referam in.q.viii.dū dicam de solennitate for
mali. Quia procederet sua responsio si diceremus
firmari contractum per iuramentum, sed quia ne-
gamus, & nota subtilem passum. igitur, &c. Quam
nostram conclusionem pro superioribus ampliatio
nibus menti semper habeas. ¶ Ex quibus infer-
rem ꝙ cum sacramenti vinculum tantummodo li-
get in tex. nostro similibusqꝫ.d.c.cum contingat,
Iudei, Heretici, uel excommunicati terminis in no
stris hac similibus nō teneantur, cum perditi iam
sint.c.ita quorūdam de Iudeis, de perditione (que
in.d.c.) non timetur, arg.l.decem de verb. oblig.
& huius opin. fuit Romanus in cōsil.lv. Incip. licet
permissum laudum in fine quem hic sequitur Cor
neus, addens ꝙ si Iudeus contraxisset cum Chri-
stiano, q̄uis ex iuramento astringi nequiret. Ni-
hilominus per censuram Ecclesiasticam compelle
retur. Ex capite ꝙ offenderit Christianum.c.post
miserabilem cum glo. de vsur. sed si cū alio Iudeo
E

contraxisset Ecclesia non se intromittet. Sic Paul. in consil. 98. incip. visa quadam scriptura. Quibus addas Iudeos (vt puto) compelli posse per secula- res iudices vigore legis prime supra tit. nostro, ꝙ in alio casu tenuit Corneus. & retuli superius in ii. col. uers. quorum inuestigatio, & sic iuramento compellentur prout large sumitur iuramentum, & ibi dixi, Faciunt que Romanus in. l. qui superstitis de acquir. hered. & in. l. pactum de collat. dicẽs Iu- deum conditionis melioris esse nõ debere q̃ Chri- stianum. Nec obstat Romanus isdem ubi supra. contrarium tenens videlicet ꝙ Iudei per Ecclesia- sticum cõpellantur. ꝙ & Iohan. de Anania tenuit in. c. fin. de Iudeis, quia respõderẽ ꝙ q̃uis Eccle- siasticus de delictis eos punire possit. l. Iudeos cũ similibus uerum est ubi habilitas puniẽdi datur ut ibi. Sed hic non datur ut supra dixi merito, &c.

17 ¶ MODO superest difficultas an (stãte opinio ne quam sequor vltramontanorum) veri sint effe- ctus relati supra Quos Raphael hic post Bar. in. d. l. si quis ꝓ eo, tenuit. Dñs Ant. in. quẽ in. d. c. refert Abbas. quamuis in effectu uoluerit cõtractum iu- ramento non firmari. tamen tenuit ꝙ effectus eos- dem habeat quos validus contractus haberet. sic ut effectus prefati ueri non sint. Quia videretur absurdum, vt quis per absolutionem cõtraueniret his que semel cum iuramento promisisset. & absur dius ꝙ heres defuncti promissa cũ iuramento non obseruaret. Ad tex. in. d. c. ii. de iureiur. dicit ꝙ ex parte iurantis ibi turpitudo erat. Nã Epm vi coe-

gerat:sed ubi turpitudo non adesset (ut casus est noster) cessat ille tex. Nõ obstat(dicit) ꝙ in casu nostro contraxerit contra legem. Quia non per hoc peccat in legem q̃uis temere agat pro qua te⸗meritate nullitatis contractus pena sufficit: nec recipiens, iuramentum peccat cum propter votum fauori temporali renunciare sibi licuerit. Ad tex. in c. debitores dicit ꝙ impleto iuramento, sic re soluta. Res penes eum sine causa non est cũ causam & ius tenendi ex iuramento habeat. Ad tertium dicit ꝙ licet heredes periurio non obligentur vt in contrariis. Nihilominus defuncti iuramentum seruare tenentur. Ne animam eius ledant. c. fin. de se⸗pult. c. in literis de rapt. & hoc idẽ tenuit Archid. in. d. c. ii. de pact. in. vi. per regulã, nemo potest de regul. iur. eodem lib. Nec diuersum tenuit Abbas in. d. c. cum contingat, asserens ꝙ cum heres non possit contrauenire multo minus & ipse uiuẽs: nõ obstat. cessionarium contrauenire posse. quia dñs Ant. negat si dolo seu fraude cessio sit facta. Similiter si lucratiuus cessionarius fuerit. Si uero cessionem habeat onerosam similiter dicit cum ex iuramento sit obligatio nata contractui similis. Que obligatio pretendit uinculum, ꝙ prodest ac omnibus nocet quibus contractus ualidus profuisset: uel nocuisset. Quam opin. & in singulari successore tenuit Abbas, ubi supra. Qui per omnia Dñm Antoniũ sequitur, & mouetur per tex. in. d. c. ii. ibi omnimodo, & per nostrum, in uerbo inuiolabiliter per quos textus apparere vult ꝙ omnis excluditur

contrauentio sic eorum habetis conclusionem nil differre an iuramento contractus conualidetur, an dicere ꝙ iuramentum sit obseruandum. ¶ Nõ obstantibus tamen his cum Bar. ceterisq; tenerem ex eorum iuribus motus & rationibus restat ut contraria soluam. Primo considero tex. in. d. c. cum cõtingat: ibi enim patet ꝙ legitime sanctiones (uolẽtes ne consensus talis obligationem inducat) non alterantur per iuramentum. Nec iuramentum in aliquo facit consensum obligatorium. Sed solummodo ne incidat in periurium. Mulier promissis obedire tenetur, idem patet in. d. c. ii. de pactis. vbi igitur timor cessat ꝙ fit per absolutionem, remanemus in legitimis sanctionibus. Et sic obseruare contractum non teneremur. ¶ Nec obstat primũ eorum supra relatum, quia non est absurdum contra talia uenire promissa cũ legis permissione fiat l. Gracchus. ff. de adult. Nam dum lex dicit contractũ esse nullũ. statim sequit̃ ne obseruare sit opus: nec absolutio facit ut quis ueniat cõtra promissa. Sed operatur tantum solutionẽ timoris ne in periurium incidatur, ꝙ si postmodum contrauentio fiat ex alio procedit, videlicet permissione legis. Que alterata non est ut dixi: ꝙ non sine ratione, cũ imputari debet ei qui cũ minore sine decreto cõtraxit. Nam sine dolo suo presumi non debet factũ: cum appareat legi cõtrauenisse. ¶ Non obstat. dũ respõdet ad. c. ii. de iureiur. Quia dico propter maximam turpitudinem ibi iuramentum esse nullum ut Abbas ceteriq; communiter magis ibi uolunt,

non obstante uerbo, ibi volumus: ꝙ intelligunt ad cautelam. Sed in casu nostro maxima non sic est. igitur petitur absolutio; qua concessa, nihilominus in terminis eius.c.remanemus. Preterea fatetur ipse contractus nullitatem. Ergo dici opus est ꝙ iuramenti uinculum nec subsit: ut contra iam conuenta venire possit. similiter Ang. argumētat in.d. consil. incip. Dña Catherina. ¶ Non obstat dum respondet textui.d.c.debitores. Quia negarē ut causam ex iuramento habeat. Probo per tex.in.d.c.cū contingat, ubi patet iuramentum causam non producere ullam: neq; obligationem coadiuuare. Sed tantum obseruari debere ut anime periculum euitetur. superius ut dixi. Causa igitur est periculum anime nec alia iuramento procedit, ꝙ periculū absolutione cum cesset, nulla cā remanebit contrariū consequenter cessat. ¶ Non obst.dū respondet ad tertium. Quia immo in defuncti personā heres absolutionem petere posset, in casu. Nam in.d.c.fin. &.c.in literis clarum est ꝙ (si dānificatis heres minime solueret ipsi tamen acceptum ferrent) anima defuncti liberaretur, ac si obligatio solutione dissolueretur.l.i.cum simil.de accept. Ergo sic dicas in casu nostro ꝙ cū defunctus Deo iam sit obligatus, ut heres eius absolutionē petere possit ab Epo Deum representante qua obtenta eius anima liberatur, ac si vnius obtinuisset: per hoc solutū habes tex.in.d.l.nemo potest.de regul.iur.in.vi. nam fateor illam regulam sed illud ius petendi absolutionem a defuncto translatum in heredem esse putarē

tamen cogita. ¶ Non obſtat de Ceſſionario,ut ſu pra,Quia contrariũ in Ceſſionario bone fidei dñs Anto.tenuit in.d.c.cum contingat.iii.membro. ¶ Non obſtat verbum omnimodo in.d.c.ii.cũ intelligi debeat in caſu quo abſolutio non ſit obtenta,Nam ille textus minime vult quin abſolui poſſit.poſuit.n.uerbum illud vt excluderet ciuile ius, quo mediante filia contrauenire volebat, & dixit omnimodo ut humanam excluderet rationem. Patet.Dum illud ius pro dubitandi ratione ducit.Similiter dicas ad tex.noſtrum dum ponit inuiolabiliter,ut loquatur habito reſpectu ciuilis iuris. Cũ Imperator eccleſiaſticam vim tollere nequeat.d.c. nouit de iudic.cum concord.nec facere quo minus abſolui poſſit. Concluſiue cũ Bar. ceteriſq; tranſirem ut effectus dicti veri ſint, & habetis q̃ maxime differat an iuramentũ conualidet necne contractum. ¶ Et hiſdem inferrem contra Bar.hic. & in d.l.ſiquis pro eo. dũ firmat ꝙ (ſi ſtatutum ſeu lex prohiberet Alienationes eloquiũ in perſonam non dirigendo) contractũ iuramento conualidari, nã ut habuiſtis minime conualidatur ſed iuramẽtum obſerari debet. ¶ Modo reuocemus in dubium An (ſi lex perſonam contrahere prohiberet) iuramentũ conualidet vel an ſit obſeruandũ. Bar.ꝙ nõ conualidet,nec obſeruari ſit opus: ut hic per eum: Rationẽ vides quia prohibitus dũ contrafacit mortaliter peccat.c.ii.de maior.& obed. cum reliquis ergo iuramentum erit nullũ.l.non eſt obligatoriũ de regul.iur.in.vi. idem Bar.in.d.l. ſi quis pro eo.

de fideiuſ.& in.l.non dubiũ de legibus in.l. decer-nimus de arbitr.& in.l.ii.i.ne fideiuſ. dotiũ dent. Ang.in.l.fin.§.filii aũt.de bonisq; liber.& in conſilio.154.Dña Catherina,Bal.in.l.ii.de reſcind.uendit.Ponens & cum iuramento renunciari non poſſe ſtatuto dicenti q minor ſine conſenſu affinium contrahere nequeat. idem in Repetit.l.ii.ff.de iureiur.Sequitur hanc Petr.de Anchar.in.d.c. licet, de iureiur. Anto.de Alexandris,hic allegans alios dicens hanc eſſe communem;ſed mendacium eſt vt ponit Apoſtill.in.d.c.cum contingat. ¶ Contrariam partem Paul.& Corneus dicunt:q idem Bar. tenuit in.l.omnes populi.ff.de Inſtit.& Iure.Quẽ hic ſequuntur.idẽ Paul.in.l.fin.ff.qui ſatiſd.cogã. & in.l.penult.de Tranſac.hanc ſequunt.Salyc.hic Fulg.Cuman.Paul.in.d.l.ſi quis pro eo. Dñs Anto.Imol.Panorm.in.d.c.cum contingat,Federicus de Senis in cõſil.224. Iohan.de lignan.hic.& Eps Vicent.& Dñs Alex. (quẽ loqui melius omnibus dicit Corneus) in conſil.27.viſo libello.Primo dominus Iohan. & Eps dicunt q quis ſimpliciter lex prohibeat nihilominus contrafaciens,legem trãſgreditur,& ſi verba nõ direxerit in perſonam.l. nõ dubium.ff.de legib.Idẽ ergo dicendũ ac ſi perſonaliter prohibitus eſſet. ¶ Secundo dñs Ant. quẽ ſequitur Alex.dicit.quando lex alicui mandat ob ſuam principalem vtilitatẽ (& ſi ſit publica ſecundario,ne ciues videlicet depauperentur) preceptũ non obligat quia cõſilii loco eſt.l.cum pater.§.mando de leg.ii.l.ii.ff.mandat. contraueniẽs ergo non

peccat sic Bartolo respondet. ¶ Tertio sumus in casu quo perpetua non adest prohibitionis causa, nam & in casibus quandoqꝫ permittit Alex. dicit, Item si post Bienniũ cõsentiret mulier, contractus tenet glo. dicit in. c. cũ cõtingat per tex. in auc. sinẽ a me. i. ad vellei. igitur contrafaciens minime pec- cat. ¶ Quarto dicit anchar. in. c. canonũ de cõstit. distinctionẽ Bar. uerbalẽ cum statutũ annullando contractũ satis contrahentes prohibere uideatur, quia verba collata in rem potius personã quam rẽ concernũt. c. tanta de excess. prelat. Rationẽ ponit Abbas ubi supra quia res ipsam se alienare nõ po- test. Ergo minime refert, cũ quo quis loquatur. l. cum pater. §. donationis de leg. ii. vtroqꝫ igitur mõ iuramentũ obligatoriũ esse concludunt. ¶ Quin to dicit Abbas videmus ꝙ qñ quis vẽdere prohibe tur, prohibitus alter emere censetur, ob naturã cor relatiuorũ quorũ sine alio non est vnum. l. i. C. de Cupress. ex luco. libro. xi. Sic dicendũ hic in simi- li si locus interdicit & Clerici videntur ita ꝙ cele brantes irregularitatẽ incurrũt. c. is qui de senten tia excomm. in. vi. Ad idem tex. in. c. ii. de maior. & obedien. dum simpliciter tex. dicit qui venerit cõ- tra decretũ Epi. ¶ Sexto sic lex ad rem preceptũ dirigit, ne sine decreto res minoris alienetur. i. de prediis minorũ, & tamen si minor alienauerit, lex dicit esse factum contra legis prohibitionẽ. l. non solum. l. si quidem. l. ad resoluendum, in eodem ti- tulo, p ꝙ obligatio nulla ciuilis nec naturalis ori- tur. ¶ Septimo lex improbat illud pactum, ꝙ in. l.
pactum

pactum.i.de collat. si filia paciscitur contrauenit iuri ciuili, sic superiori consequenter peccat per q̃ iuramentũ obseruare non deberet secundum Bar. & tamen est falsum.d.c.licet. ¶ Octauo tex. in.l. qui cõtra.ff.de fideiuss.dicit mutuantẽ filio famil. facere contra senatus consultũ.& nihilominus verba senatus in personã non diriguntur.Sed solũ dicunt q̃ non datur actio.l.i.de Macedon. ¶ Nono dicit Alex. Dispositio si fit super effectu & super causa que parit effectũ intelligitur facta quia qui vult consequens vult antecedens.l.ad rem mobilẽ ff.de procur.cum simil.igitur statutum annullans actum videtur prohibere contractum consequenter causam efficientẽ sic contrahentes ipsos, vt antecedens.Sed qñ persona non prohibetur Bar.ceteriq̃ volunt iuramẽto firmari contractũ. igitur ita concludunt & si persona prohiberetur. ¶ Decimo textũ habes in.l.lex Iulia de fund.dotal.cũ simil. inst.quibus alien.licet. vbi prohibitio directa est in mariti personã.& tñ si mulier iuret super mariti alienatione valet iuramẽtoq̃ obligatur.d.c. licet. ¶ Vndecimo prohibitio dirigitur in tutoris personam.l.fin.de rebus eorũ.l. non solum.i. de prediis minor.& tñ si tutor vel curator cum iuramento minoris alienet, contractus p iuramentũ tenet, vt hic. ¶ Duodecimo patet in.c.& si Christus de iure iur. q̃ si p Demonem iuratur obseruari debet queuis ita iurando peccet ideo non sequitur. Quis peccat ergo iuramentũ nõ est seruandũ, vt Bar.loquebatᷣ. ¶ Decimotertio.l.i.ad Vellei, dicit in personã ne

mulieres promittant & tamen obligant ex iuramẽto.c.ex rescripto de iureiur.corroboratur p Ioan. And.in add.in tit.de sententiis.§.vt aũt dicentem ꝙ si statutũ minorem prohibet ne cõtrahat sine cu ratore valebit cõtractus cum iuramẽto per.d.c.cũ contingat. ¶ Decimoquarto statutum disponens in prohibitione alicuius actus non intelligitur cũ non possit in casu quo iuramentũ interuenisset qa ciuilis lex de spirituali non disponit, ut Bar. in.l. omnes populi.ff.de Iust.& iur.igitur,&c. ¶ Decimoquinto statutum interpretari debet secundum cõmune ius.l.ii.de noxal. cũ simil.de iure vero cõmuni semper iuratus actus potentius est cũ nõ sub iaceat positiuo iuri sicut patet in.d.c.cũ contingat iuncta.l.i.de rei uxor.action.&.d.c.queuis iuncta l.pactum,igitur statutum seu lex qñ minores contrahere prohibet intelligi minime debet si contrahatur cum iuramento,sic resident contra Bar. Nihilominus & si minimus Bartolũ saluare conabor, quem(ut puto) sequutus est dñs Abbas in.c.nam concupiscentia de constitut. Pro quibus omnibus inuestigandis duo considerarem. Vnum videlicet factum ipsum prout est in fieri. nec adhuc factum est aliud effectum facti qui ex facto resultat, arg. l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad.l.acquil. Ad primum loquitur hic Bar.& bene.nã qñ lex minores contrahere prohibet sic personã nil aliud est q̃ prohibere nudum factum.videlicet,ne fiat, si igitur fecerint contrariantur directo legi, & eiusdem uerbis,ut in l.contra legem.ff. de legib. consequenter peccant,

vt hic per Bar.cum ſuis iuribus, & eſt cõtra bonos mores contrauenire legi: merito iuramentum non eſt obligatorium.d.l.non eſt obligatorium de re⸗gul.iur.in.vi.contrariis poſtmodũ reſpondebo.

¶ Secundo iuramẽtum comites tres habere debet d.c.& ſi Chriſtus,ubi requiritur Iuſtitia, nec alias ualeret.Sed neminem puto dicturum iuramentum eſſe iuſtum per quod legi uel principi contraueni⸗tur.igitur,&c. ¶ Tertio moueor per tex.in.d.c.ibi dummõ ſit licitum ꝙ iuratur.Sed legi contrariare licitũ nemo dicet immo illicitũ affirmabit igitur.

¶ Quarto qñ legis uerba in perſonam diriguntur ne faciat negari non poteſt.nec aliquo pacto excu ſari ualet,ſi contrauenit faciendo ꝙ facere prohi⸗betur.qn cõmittat iniquitatẽ. Sed iuramentũ ini⸗quitatis uinculum eſſe non debet.c.primo de con⸗ſuetud.in.vi.Merito,&c.Si reſponderes ꝙ hoc ar⸗gu.ſtringit etiam ubi lex non ad perſonam ſed ad actum uerba dirigeret ne ualeat quo caſu Bar. & fatentur omnes iuramentũ obſeruandum eſſe re⸗plicarem ꝙ qñ lex dicit non ualere contractum. tunc ſi minor cõtrahat,q̃uis uideatur ut ueniat cõ⸗tra legem . tamen in ueritate non cõtrauenit legi. Nã aliud eſt cõtrahere,aliud eſt ualere contractũ primum ut dixi nudum actum eſt faciendi , ſecun⸗dum effectus eſt ex facto reſultans per quem effe⸗ctum dominium uel aliud ius transfertur. Cum igitur pateat aliud eſſe , dici debet. ſtatuto ſtan⸗te , ne contractus ualeat quod ſi contraxerit ſta⸗tuto contrauenerit conſequenter non inciderit

in peccatum, nec fecerit aduersus bonos mores, & per hoc iuramentum obseruari debet. Aduertas cum dicam obseruari debere, non autē conualidare cōtractū. Sed si statutum prohibeat personam, & illa contrafacit de directo legi contrauenit contra bonos mores, &c. sicut dixi, iuramentum bene dicetur uanum. & ideo Bar. bene loquutus est ꝙ qñ lex dicit ne contractus ualeat in fauorem iurātis facit. Cui per iuramentum renunciare poterat. nō sic si persona prohiberetur, dici fortasse posset, ꝙ & si psona prohibeatur eius fauore fiat. Responderem in casu hoc esse diuinatiuum, ꝙ eius fauore fecerit. Nam & alia ratione forsitan illud fecit ꝙ fieri poterat. Puta quia prohibuit ne de facto contraheret ad effectum ne minores aliorū bona surriperent surreptaue ne emerent, ꝙ aliorum fauorē concernit immo publicum, & rationibus aliis moueri poterant statuentes, igitur cum non esset certus ut solummodo fauore eius statueretur non est licitum fuit de directo legi contrauenire. Que cessant in superiori casu, igitur &c. nam dum persona precise prohibetur in dubio legi stare debet nec rationem querere suum est auctoritateq; propria contrauenire, ꝙ cum fecerit negari minime potest quin arroganter & maligne fecerit contra legem, igitur. ¶ Ad primum ergo motiuum non obstat eorum. Quia statuto dictantur ne contractus ualeat si contraherem, non esset contra legem cum lex fieri minime uetet. Sed factum ne ualeat sic effectus ne resultet, Sic diuersum iudicatur igitur.

Nec obstat ꝙ iurando niti videat contra legẽ in eo quia conor effectũ dare facto.l.non dubium.ff. de legib.Quia conatus talis non est contra legem. Nam lex inuito beneficium conferre non vult.l.in uito de reg.iur.in.vi.ac disposuit quemq̃ beneficio pro se introducto renũciare posse,ut.i. de pactis.l. si quis.Sed effectum ut supra lex.vetat fauore iurã tis vt dixi.Ergo si iurans beneficium nolit,non facit contra legem.dico sñiam,neq̧ contra verba legis de quibus.l.contra legem.ff.de legibus & igitur non peccat. Que iniquitas uiget in eo qui contrahere prohibitus (ac nescit quia rõne) cõtrahit. Quod nil aliud est q̃ inique spernerẽ legem in verbis & in sensu,cõsequenter peccare igit,&c.¶ Nõ obstat sec ũdum eorum quia negarem preceptũ tale factum in suam vtilitatem & cum alia de cã fieri potuisset ut supra dixi,non debebat contrauenire. nec excusari ualet contra legis expressa uerba. Secundo responderem ꝙ cõtraria procedũt in mã dato hominis.Non in mandato legis, cum hoc in consilium non resoluatur.Probo quia sic si diceres frustatoria lex esset in titulo de rebus eorum.dum dicit alienationes nõ ualere sine decreto. Nam ex inobseruantia consilii non sequitur annullatio , ut in contrariis patet.Sed quia dicitur in titulo,ꝙ annullatur actus.bene sequitur consilium non fuisse, nec loco eius: tanto minus in casu nostro cum verba persone dirigantur, & sic minus excusari valet ex dictis ut supra. ¶ Nec obstat eorum tertium quia qñ cõtrahere quis ꝓhibetur sine propinquis.

Perpetuam esse causam prohibitionis dico, nec in terminis minoris etatis ullo tempore cōtrahere po test, igitur. Neq; tex. obstat in auc. siue a me, quia loquitur non in dote. Itē tex. in. c. significante de perpetua causa prohibitionis dicit, dum loquit̄ de minoribus. ¶ Quarto nec obstat Anchar. Quia q̄ uis lex cum contrahente loquatur dicens inualidū esse contractum non per hoc sequitur ut contrahe re prohibeat prout facti est, (sic dicas) non sequit̄ prohibitio sed est admonitio. Videlicet ꝙ contra hendo laborabit in uanum. ¶ Quinto nec dn̄s Ab bas. Quia Bar. non loquitur in casu quo res prohi beatur alienari. Sed qn̄ dictum sit ne cōtractus va leat. Nihilominus & si loqueretur ne res alienetur minime obstat. Quia ratio magis in statuto ac mens attendi debet q̄ uerba eius. Bal. in. l. cōtra. ff. de legib. Cyn. in. l. quicunq;. ſ. de. seru. fugit. Ratio autem legis est propter talium beneficium sicut di xi. Cui renūciari posse lege cauet̄. d. l. si quis. ſ. de pactis. propter ꝙ minime peccarunt, igitur iuramē tum obseruari debebit. Sed si per legē persona pro hibeatur & contrafacit. sine dubio peccat superius ut declaraui locus igitur erit conclusioni Bartoli. ¶ Per hec cessare patet ꝙ in simili voluit Abbas vt supra, uidelicet interdicto loco ne ibidem celebre tur interdictos clericos esse. Nam si locus interdi citur non fit fauore clericorum igitur celebrando peccant cum non adsit fauor cui renunciare potue rint sicut in alienationibus dictum fuit. ¶ Ex qui bus etiam cessare patet, dum adducebant tex. in. l.

non solum ubi minores alienãtes cõtra legis pro-
hibitionem venire dicuntur, nam non dicit tex. ut
ueniant contra legem: cum contentetur ipsa benefi
cio suo quem posset renũciare. Sed caut. loquutus
tex. est dum dixit contra legis prohibitionem. Et
sic cum non venerit contra legem nõ peccauit non
contra bonos mores igitur, &c. Similiter poteris
respondere textui. d. l. pactum de collat. d. l. qui cõ
tra. ff. de fideiuss. & ad dictũ Bartoli. in. d. l. si quis
pro eo. ¶ Non obstat. Nonũ Alexandri. Quia di-
cerem ut ad quartum responsionẽ dedi. ¶ Nec deci
mum eiusdẽ, post Cuman. quia dicam ut hic p Cur
tium ꝙ tex. in. d. §. & cum lex & in. d. l. Iulia de fun
do dot. Prohibet maritũ alienare posse Dotale fun
dum nõ aũt mulierem. Igitur si mulier alienationi
consensit mortaliter minime peccat cum non pro-
hibita fuerit. ¶ Non obstat vndecimum quia reso
lutum ex modo dictis habes. ¶ Nec obstat duode
cimum. Quia tex. in. d. c. & si Christus ꝓ nobis ad-
duco, ibi. dummõ sit licitum. Sed licitum dici non
potest ꝙ legi directo contrariatur iuribus, ut per
Bar. igitur, &c. ¶ Non obstat decimũ tertiũ quia
de illo certi sumus: principaliter fauore mulierum
factum esse sicut ibidẽ in tex. patet, ꝙ non sic in ca
su nostro igitur. Preterea non obstat ibidẽ Ioan.
Andr. quia tex. in. d. c. cum contingat non presup-
ponat mulierem esse ꝓhibitam sed maritum alie-
nare posse ut ibidẽ in. i. glo. uides. dum allegat. l.
lege Iulia. ff. de fundo dot. sic dabo respõsionem ut
in decimo dixi. ¶ Neq; obstat decimũquartũ quia

minime dicerem vt statutum tollat iuramentum in casu nostro. Sed ꝙ iuramentū nunq̄ in esse fuerit nec obligatorium cū contra bonos mores. & sic ex quo nunq̄ iuramentum in esse fuit non cogitandum an statutū tollat siue nō tollat: argu. l. decem de verb. oblig. fateor. n. statutū primum non cogitasse de iuramento, sed iniquitas contrauenientis & ius uilipendentis facit ne iuramētum sit obligatorium de iuribus. ¶ Non obstat decimumquintum quia modo sicut dixi responsionem habes. ¶ Contra meā conclusionem arguere posses ꝙ secundum eam sequeretur absurdum contra iuris regulas videlicet ꝙ minor dū iurando peccat reportaret cōmodum ex quo si iuramēto non ligatur cōtractū rescindere potest. Responderem in casu: ꝙ ille (qui minorem iurare facit) secum contrahendo peccat sicut minor argu. l. i. §. deiecisse de vi & vi armat: & magis cum sit maior, ubi maior dolus inest. Et cum in casu minor tractet euitare damnū, alter uero qui contraxit captare lucrū: dici putarē ut magis minor audiri debeat argu. l. fin. i. de codicill. & magis considerandum sit ꝙ si iuramentū tale ualeret, qui cum minore contraxit commodū reportaret, dico lucrum, ex dolo suo, sine peccato, ne igitur hoc succedat potius minori succurretur in
19 euitando dāno. d. l. fin. ¶ Finaliter cōcluderem ꝙ aut statuto siue lege caueretur expresse disponi fauore talium tunc siue in rē siue personam prohibitio fieret, opinionem cōmunem crederē veriorem cum suis iuribus. Que sic loqui puto. d. l. i. &. ii. ad
Velleian:

Velleian. quamuis Bar. in. d. l. si quis pro eo. voluerit senatus consultum non in personam concepisse verba. d. l. ii. nã aduertas quia principium. d. l. obstat, ubi persona significatur. Aut de fauore nõ appareret sed simpliciter disponeretur ne persona faciat siue contrahat & tunc starem cũ opinione Bartoli rationibus vt supra. Si vero prohibitio fieret in rem tunc si ex verbis aliquo modo sumatur fauor, ut quia non alia ratio reddi posset vel aliter caperetur. Similiter cum opin. cõmuni darẽ exemplũ in rubrica cũ tit. de rebus eorum. Sed si fauor non sumeretur tunc aut uerba cantãt ne valeat cõtractus, & cõmunis locũ habet quia contrahendo non peccat, superius declaraui: Si uero dicunt ne res alienetur seu vendatur aut in contractũ deducatur. Putarem cum Bartolo iuramentum esse nullũ sicut qñ persona prohibita est. Ex ratione moueor quam dixit Abbas & superius in. iiii. fundamento retuli. ¶ Per hoc ultimum inferrem Bartolum bene dixisse ꝙ si quis pro dote fideiuberet cũ iuramẽto contra titulũ. i. ne fideiuss. dot. dent. nõ iuramentum non teneret: uerum esse putarem & si persona non prohibeatur in verbis apertis: & igitur Paulus male Bartolum reprehendit in hoc ut puto. ¶ Finaliter in hac legis prohibitione vos aduertere volo, ꝙ Bar. hic & in. d. l. si quis pro eo, ibi. aduerte tñ, uidet sibi ipsi cõtrarius. Nã in. d. versi. dicit ꝙ si cũ minore cõtrahẽs in eo p legẽ ꝓhibeat iuramentũ non est obseruandũ, sicut qñ minor ipse prohibetur. & in versic. v. ꝓhibetur. Dicit ꝙ qñ se-

Et uide glo[illegible] mag. in. l. [illegible] C. ne fide[illegible] dot: dant: [illegible] nullo illi [illegible] renũtiari nõ posse

cum minore cõtrahens ꝓhibetur iuramentũ obser uari debet. igitur Ang. in. d. l. si quis pro eo sequit hoc ultimum dictũ non primum tanꝙ reprehensibilem, quẽ Corneus hic sequitur. xii. col. circa princip. in casu tamen quo vera sit Bartoli, superior cõclusio ꝙ iuramentũ persone prohibite sit nullũ ut examinauimus. Nihilominus Bartolum ita saluabis, ꝙ hic & in. d. l. si quis pro eo, ibi aduerte, &c. Considerauerit ꝙ iuramentum ipsius contrahentis non liget eum: sicut nec minoris iuramentũ minorem ligat: darem exemplũ. Quis cum minore contrahens iurauit, in casu quo contrahere sit prohibitus: obseruare non teneretur, ut iuramentum cõtra legem & bonos mores, ut superius declarauimus. Sed in. d. vers. quinto prohibetur, loquitur de iuramento ipsius minoris, ꝙ obseruari debet si nõ ipse sed secum contrahens prohibitus fuisset, ꝙ bene dictum puto, cum eo casu minor minime peccet, sic ratio nullitatis cessat ꝙ ultimum (vt puto) probatur in. d. c. debitores de iureiur. iunctis quia iure canonũ persone vsuras recipere prohibentur. nõ dantes ut in tit. de usuris. & sic dubitarem an Bartolum intellexerint. ¶ IVXTA predicta se prebent examinanda que Dñs Abbas in. d. c. cum
20 contingat praticabilia dicit. ¶ Ponamus legem adesse uel statutum, ut sine certa solẽnitate minorum uel similium res alienari nõ possint. & ꝙ si iuramentum insuper sit prestitum non ualeat queritur an iurans obligetur hec vna. ¶ Vel ponamus ꝙ non dicat iuramẽtum esse nullũ. Sed ut simula-

tus cõtractus presumatur dolosus uel meticulosus. An(si contraxerit minor) obseruare teneatur : hec altera est. Antiqui varia dicũt, quos Abbas ubi supra refert. ¶ Iacobus de Beluis, tenet iure ciuili iuramentum esse nullũ. Secus iure Canonũ, per tex. in.d.c.cum contingat. & in.d.c.ii.de pact. ¶ Idem Federic.de Senis in terminis.d. questionis prime. ¶ Idem Dñs Anto.in.d.c.cum contingat, etiam in terminis quest.secunde. Mouentur quia nõ potest ciuilis iudex iuramentum tollere, ut Hostieñ.in.c. queadmodum de iureiur.per hoc dicit, (si statutũ presumeret fraudẽ, ut in secundo casu non apparẽte causa presumendi uel imponeret penam) iuramẽtum obseruari debere. Quia statutum facere id potuisset in fraudem iuramenti, ut indirecta via excluderetur argu.l.non dubiũ.ff.de legibus. ¶ Bar. in.l.omnes populi.ix.col.tenet iuramentũ esse nullum in.i.casu, sed in secundo ualere. Quia statutũ dolum presumere potest. Sed iuramẽtum dolo extortum non ualet.d.c.cum contingat, ergo. ¶ Bal. uero hic, ꝙ nec in.i.casu iuramentum ualet qñ statutũ haberet equitatẽ & rationem, puta quia malitia multum in eo loco uigeret ad minores decipiẽdum. ¶ Idem Bal.in.l.non dubium latius dixit, ꝙ aut iuratur contra ius iurantis, ut in questionibus nostris, aut contra ius tertii. Primo casu aut causa uel ratio statuti fundatur super naturali equitate: puta vt excluderetur dolus, voluit contractum presumi dolosum, & tunc iuramentum non valebit, qa dolum tollere nõ potest, aut fundatur in mero po-

nõ minim

sitiuo iure, puta quia causa prohibitionis esset minor etas tunc ualebit iuramentū, ex quo causa iuramento tollitur. nam per iuramentū tollitur minor etas, & quem fingitur esse maiorem. Non obstat (dicit) c. ii. de pact. in vi. & d. c. licet, & d. c. cum contingat cū illorum capitulorum causa sit mera iustitia positiua, mutabilis ut supra, hoc est quia transgressio eius peccatum non inducit, vt supra, de iure diuino. Sed si causa procederet ex immutabili iure, videlicet, eo cuius transgressio peccatum inducit, secus erit, vt dictū est. Ita regulam. d. l. non est obligatorium, intelligit, & in secundo principali casu quo ad tertium dicit non esse obligatoriū. ¶ Cardin. in. d. c. cū cōtingat in vtroq; casu nostrorum dicit (non loquendo de tertio) valere statutū & tollere iuramentum fauore minoris nec dubium ꝙ pars ista videtur equior. ¶ Abbas in. d. c. firmat ꝙ aut in prima questione sumus, aut in secūda quo ad primam dicit iuramentum obseruari debere, cū principaliter iurantis fauore statutū emanatū fuerit d. c. ii. c. licet, & in tex. nr̄o cui renunciare potuit nec differentiam dicit esse an in personam uel aliter uerba dirigātur. neq; statutum obstat, quia ius diuinum tollere nequit sed ecclesiastico superiori spectat. clem. ne Romani. de Elect. ꝙ uerum etiam dicit si essemus in loco ubi minores deciperentur, cum disponere de iuramento soli Pape spectet. c. uenerabilē. de Elect. cum simil. & faciētias ponit. Sed quo ad secundam questionē dicit ꝙ aut nulla specificat̄ nec verisimilis adest cōiectura presumē

di fraudem, tunc iuramentum non annullatur: cum obligatio Deo querenda nō poterat impediri. xxv. q. i. c. sunt quidam, legiste in. l. fin. i. si cōtra ius vel vtil. publ. Itē quia talis lex siue statutū perfidiam produceret contra tex. hic superiorē aut iusta causa presumendi subest. ut quia minores in loco deci piebantur, tunc si constat per iurantis confessionē contractum non esse dolosum iuramentum obseruari debet cum in foro anime iuranti credatur in preiudicium suum. c. significasti de hom. Similiter putat in foro contentioso cum per suam confessionem statuti causa sublata fuerit, probatio. n. per confessionem recipitur contra iuris & de iure presumptionem. c. xv. quidē de spons. cum aliis vt per eum dicentē hec intelligi debere de confessione facta cum suis requisitis. Ideo modū praticandi prebet in locis ubi supra, ꝙ cum iureiurādo interogari facias illum qui iam contraxerat cum iuramēto. videlicet an dolus uel metus intercesserit. Si uerò minor seu mulier fraudem siue metum allegaret a statuto presumptum nec fateretur sine dolo contractum tunc iuramentū non erit obligatorium eritq; locus opinioni Bar. Bal. cū sequac. pro quo textū singularē dicit in. l. fin. C. de non num. pecun. vbi qs Pecuniam recepisse mutuam simpliciter est confessus, cum iuramento non tamen iuramentum facit quin infra biennium exceptionē opponere possit, vnde sumitur ꝙ presumptio conditio que inest in contractu censetur inesse Iuramento, ꝙ super eo prestitum fuerit, ut ibi Bal. & Innoc. in. c. veniēs de

iureiur. sic residet. ¶ Vos aduertatis dum Abbas in primo membro nõ facit uim, &c. Verum esse qñ statuto exprimeretur ꝙ ratio prohibitionis esset solus fauor. Sed si non esset expressum tunc me remitterem ad que superius dixi, videlicet si persona prohibetur, ne valeat iuramentum etiam si statuto non caueretur ne uerbum adesset ullum de inualiditate. Addas ꝙ qñ persona simpliciter prohibetur, etiam non expressa causa cõtraueniendo facit contra iuris ratione quia scit siue saltim scire debet legem esse rationabilem. i. distinc. c. erit autẽ lex iuncta. l. i. ff. de iur. & fac. ignor. si contra rationem sequitur iuramentũ emanatum ab eo esse qui ratione caret successiue in actu illo sicut furiosus ut habeatur, sic iuramentũ nullũ, tanto magis qñ lex prohibens annexam penam haberet. Itaq; per omnia sequor hic Bar. & Bal. in. d. l. non dubium, iunctis eorum dictis in articulo supra dum discussimus an in personã nec ne statuti uerba dirigant. ¶ Aut sumus in secundo membro tũc simpliciter sequar Bal. in. d. l. nõ dubium. Declara tamen dum dicit, fundatur super equitate, &c. ut per dñm Abbat. in. d. c. videlicet ꝙ tunc fundari dicatur cũ uerisimiliter saltim ex uerbis uel alio modo percipiatur, & si rectius intuearis non aliter dñs Anto. in supradicto. c. Bar. & Bal. hic loquuti fuerunt. Non obstat, illud uidelicet statuentes minime tollere posse obligationem Deo querendã, ut per Canon. in. d. c. cũ contingat. Alex. in cõsil. lviiii. in. iii. col. per Curtium hic. xi. cum allegatis eius, & iuramen

tum legibus non subiaceat cum principaliter diri-
gatur in deũ.d.c.& si Christus. Quia dicerẽ Deũ
nolle obligationes ad peccatum inuitatorias & ad
malos mores in alteriusq; deceptionem: ꝙ esset si
ratio dicta simpliciter attẽderetur ac destrueretur
mens capituli prefati, iuramẽtumq; produceret ini
22 quitatẽ ꝙ absit iuribus vulgar. ¶ MODO ui-
dendum est an uerum dicat Abbas uidelicet ꝙ si-
quis iurauit postmodum confiteretur contractum
non fuisse dolosum, obligatus remaneret. Profe-
cto concluderẽ negatiuam ratione, quia cum iura
mentum super doloso cõtractu iure presumpto fue
rit nullũ ut per doctores minime uiderem qualiter
conualidetur arg. regule ꝙ ab initio non ualet de
regul.iur.in.vi.iunctis quia iure cautum non repe
ritur. Iuramentum nullum ex confessione conuali
dari. Dicere tamẽ posses ꝙ non conualidatur sed p
secundum iuramẽtum siue confessionem iuris pre-
sumptio mala tollatur cõsequenter iuramẽtum pri
mum ualidũ esse. nihilominus replicarem ꝙ ratio
nabilis causa que sic ad statuendum statuẽtes mo-
uit ex usu loci siue frequentia decipientiũ. Viget
in confessione que postmodum p minorẽ fit iuran
do cõtractũ non esse dolosum. Igitur dicẽdum ꝙ
ratione qua presumitur minorẽ in contractũ dece
ptum eadẽ in confessione. Nec minus in confessio
ne q̃ in primo contractu statuto locum esse argu.
l.illud.ff.ad.l.acquil. Tanto magis qñ statim post
iuramẽtum confiteretur minor cõtractum non es-
se dolosum, facit quia si uera cõclusio sua esset uia

fraudis aperiretur, contra. l. in fundo. ff. de rei. uendic. cum uulg. Itẽ confessio simplex operaretur magis q̃ iuramentum, ꝙ minime dicam p tex. in. d. c. quamuis in. vi. iuncta. l. pactum de collat. cum concord. Itẽ si decipitur minor minime cognoscit deceptionẽ argu. l. cum de indebito. ff. de probat. accedat ꝙ si cognosceret Curatoris gubernaculo non egeret. ꝙ. itẽ maior inst. de curator. hoc stante si nõ dolosum contractũ confiteretur, tanq̃ a nesciẽte deberet haberi uel ignorante siue decepto, stãte maxime statuto: consequẽter iuramẽtum super tali confessione secunda nullũ esse, nec ex confessione secunda cõualidari contractũ primũ, sic igitur menti habeas ꝙ eadem presumptio iuris que dolosum contractũ facit eadẽ faciat confessionẽ. Quod sine dubio putarẽ in extraiudiciali cõfessione q̃uis cũ iuramẽto sic dñs sensit Abbas. Itẽ in iudiciali qñ minor ad sic confitẽdum p contrahentẽ olim secũ fuisset inductus. Sed si minor ad hoc in iudicio traxisset contrahentẽ olim secum, fortasse uerum dici posset ꝙ dñs Abbas. nihilominus dubiosum puto teneoq; sicut superius dixi. Addas ꝙ ultra legis aut statuti presumptionẽ & hominis presumptio uiget contra eũ qui sine forma legis cum minore contraxit argu. regule ꝙ qui male agit odit lucẽ. Neq; obstat dñs Abbas in. d. c. dum dicit ꝙ per confessionẽ probatio tenet cõtra iuris presumptionem. Quia fateor sed non ubi & confessio ipsa dolosa presumeretur ut in casu nostro, sicut supra probaui. Quibus omnibus dictis addas ꝙ Abbas

in. d. c.

in.d.c.dicit,post Ioan.Andr.in add.specul.titu.de instr.edit.§.porro versic. item si, videlicet aliud esse qñ statuto cauetur ne dolus fiat siue committatur. aliud si statuto presumeretur dolus ut in casu nostro primo casu iuramentũ obseruari debet exẽplum in tit.de rebus eorum quem factum dicit ne dolus committatur.& tamen iuramentum stringit ut hic, secundo casu dicit iuramẽtum esse nullum.

¶ ET QVIA si recolor dixeram contractum nullum iuramento firmari neq; conualidari, sed solummodo iuramẽtum obseruari debere nunc inferam contra Bar.hic in verbo,cõtractibus,textus nostri,quem sequuntur. dũ dicit ꝙ si contractus alia q̃ ratione minoritatis inualidus existat iuramento conualidatur in casu quo iurando minor nulla ex ratione se dixerit contrauẽturum. Nã vt modo uidistis,non conualidatur sed iuramentum obseruari debet,pro quo pondero tex. in.d.c. quãuis de pactis in.vi.ibi nullum ad bona. nec obstat ꝙ iuramentum representet eum esse maiorẽ ut Bar. dicit per tex.nostrũ & in.d.l.si quis pro eo. Quia uerum quo ad obseruãtiam eiusdẽ per iura dicta nõ ꝙ inualidũ cõualidet. Iuribus ut supra,sic respondent Vltramontani superius ut uidimus. Nec obstat fauori suo potuisse renunciari vulgar.iuribus. Quia non tenet hic argumẽtũ tale. Probo,nam si teneret sequeretur ꝙ absq; iuramento minoris contractus bene teneret.ex quo titulus.ff.de rebus eorum.Introductus fauore fuit. Sed quia nemine discrepanter,contrarium uolunt,& minorẽ renuncia

re nō posse igitur. ¶ IVXTA predicta, Queritur qui si contractus & causa minoritatis & alia ratione inualidus esset. Puta quia mulier minor dotalem fundum alienaret, uel minor de non succedendo pacisceretur. An iuramentū super eo simpliciter positū obseruari debeat quo ad omnes inualiditates, an solūmō quo ad minoritatem, Exēplum, si diceret uolo uenire cōtra contractū non ratiōe minoritatis quia iuraui sed quia dotalis fundus alienari non potest uel quia pactū de successione futura non ualet, an debeat audiri Bar. hic distinguit ꝙ si minor simpliciter iurauerit minoritatis tantum causa iurasse intelligatur, sic alia ratione cōtrauenire poterit sed si adiecerit & nulla quacunq; causa contrauēturum secus erit, Corneus intelligit iure canon. & Paul. in Repetit. hic in. iii. col. cum nec maioris iuramētum iure ciuili conualidare possit. idem Bar. & Ange. in. l. ii. de rescind. uēd. Paul. in lectura. Raphael & Corn. hic sequit. ¶ Sed Imol. Ioan. Anto. & Dominicus de sancto Gemin. (quos Corneus hic refert) aliter uolunt, ut uidelicet per iuramentum simplex a minore factum omnia remedia tollantur, cum ratio iuris Canonum in omnibus uigeat, & per tex. in. d. c. q̄uis loquentem (vt volunt) in iuramento puberis. Tu aduertas ꝙ ibi verba, dicunt, nullū regressum, &c. ꝙ recidit vt p Bar. ¶ Finaliter distinctio Bartoli mihi placuisset, si per iuramentum contractus nullus conualidaretur, ut per eum late supradictum. Quia tu nc satis iuramētum operaretur minorem

representando maiorem & sic propter maioritatē fictam contractum conualidaret. Nec illud aliud operari posse putarem, videlicet contractū in alio defectu conualidare, cum ex eodē fictiones d uc non procedant. l. ii. de dot. promis. sic Bartoli mentem interpretarer. Nihilominus quia contractus non ualidatur, ut dixi, sed iuramentum obseruari debet propter anime periculum. Concluderem cū Canonistis & Paulo eorū ex ratione dicta. Quia Canonum ratio quolibet in defectu uiget. Addas vulgarem regulā per doctores in. l. si is qui ducenta. §. utrū. ff. de rebus dubiis. Simpliciter. n. iurauit & indiffinite, simpliciter igitur in omniq; casu intelligetur. Non obstat si diceres ꝙ minor ignorare presumitur. l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. consequenter per iuramentum iuri ꝙ ignorabat. sic alio defectu renūciasse ne uideatur. l. mater. ff. de inoff. test. c. ii. de renunc. Quia responderē per Cyn. in l. fin. C. ad Velleian. Quem sequitur Corneus hic numero. 32. ꝙ iuramētum fingit eū scire p hoc obseruare cogatur adducunt. c. ex prescripto de iure iur. ¶ Quod limitarem nisi de minoritate in contractu uerbum fieret. Nam tunc ratione minoritatis tantum iurasse uideri crederem. Quia casibus in nostris iuramētum restringi debet in dubio dū modo in aliquo verificari possit ne sit frustatoriū. Ex quo correctorie procedit & contra minores & psonas similes, ut superius dictū fuit numero. xv. & in limitatione predicta facit tex. in. l. heredes. §. sed si notan. ibi uicinis scripturis. ff. de testamen.

¶ TRANSEAMVS nunc ad fundamentalem discussionem distinctius considerandam. Superius diximus ꝙ non solum super inualido ratione minoritatis. Sed alia quacunqꝫ iuramentum prestitum obseruari debet. Reuocemus in dubiũ. An hoc indistincte procedat, pro cuius resolutione recurrendum ad considerata Bartoli in. d. l. si qs pro eo, (dicit) Qñqꝫ contractus reprobatur, quia contra bonos mores. ¶ Qñqꝫ publicã propter utilitatem principaliter. ¶ Nonnunq̃ ob secundario publicam. ¶ Sepe in odium creditoris. ¶ Multotiens fauore debitoris. ¶ Aliqñ quia lex non assistit & si minime reprobet. ¶ Interdum ex defectu ꝓbatorie solẽnitatis. ¶ Et accidit ex defectu formalis. ¶ Et improbatur ob rem vel materiam que deducitur. ¶ Finaliter subiectorũ propter varias utilitates. De quorũ quolibet uidere debemus.

24 ¶ Ad primum Bar. in. d. l. ponit exempla, Bal. in. l. pactum ꝙ de collat. procedere dicit ubi contra bonos naturali uel quasi iure mores id esset sup quo iuratur. Puta iuraret non alere filiũ. l. libertus ver sic. alimentorũ de operis libert. Non obedire Deo uel Ecclesie, vt per doctores hic idem si facto puta quia turpiter. l. iurisgentiũ. §. & generaliter. ff. de pact. Idem si iuris artificio sicut est in pacto. d. l. pactũ ꝙ ultimum tenet de iure ciuili. Secus canonico: quia tunc iuramentum super eo valet. Quem sequuntur Imol. in. d. c. cum contingat. & Corneus hic. ¶ Inferentes contra Bar. hic & in. d. l. siquis pro eo. Cum quo Ang. Rom. & cõmuniter, ac Dñs

Anto. & Aretin. in. d. c. Dum dicit de test. Nam il-
lud iuris tantũ artificio contra bonos mores esse
dicunt Imola sequacesq;. Merito iure Canon. iura
mentum ualet. Quamuis contrauenien periurus
fiat. Sicut simile habemus per glo. in. c. fin. de Pro-
cur. in. vi. verbo reuocatus. Ideo dicit Corneus ꝙ
testamentum reuocans aut eius heres parti ad inte
resse tenetur. ¶ Secundo inferentes ad donatio-
nem bonorum omnium presentium & futurorum,
Que cum non valeat (ex quo liberã testi factionẽ
per indirectum impedit vt communiter in. l. fin. de
pact. volunt) ex iuramẽto tñ sustinebitur (vel me-
lius dic iuramẽtũ obseruari debere) Ita post alios
Corn. hic orditur, mihi vero nequaq̃. Sed immo
ne ualeat iuramentum, credo. Quia contra bonos
mores naturalemq; rationem, ut glo. loquitur post
tex. in. d. l. veniam: sub verbo naturali. Nam per ta
lem donationem votum captande mortis datur, nõ
solum testandi facultas aufertur. Et qñ votum in-
ducitur tale cõtra bonos mores iudicatur. l. fin. ubi
Bar. Bal. Raphael per illum tex. supra de pact. nec
iuramentum ualet, ut ibidẽ per eos. ¶ Non obstat
Corneus hic dum dicit, ꝙ quia liberationis fauore
pactum conualidatur, ubi ratio par assignatur. Si
cut in. d. l. fin. per doct. habetur. Ideo multoq; for-
tius religionis fauore sic per iuramentum conuali
dari debeat. Quia negarem rationẽ paritatis: Nã
si hoc esset per iuramentum iniquitas causaretur.
Votũ videlicet mortis ut supra. ꝙ in fauore libera
tionis & casu prefato nõ adest. Nã illud procede-

ret qñ paciſcerẽtur poſt mortem anteq̃ ſe immiſce-
rent,ut loquitur tex.in.l.& ſuum.ff.de pact. Sed ſi
ante mortem illud eſt in filio ut ibidem in.§. idem
probat. Quem non preſumitur habere tale uotum
ut omnes ubiq; volunt & ſic diuerſa ratio laborat.
Cũ ibi fauor ſine iniquitate operari poſſit, hic ne-
quaq̃,igitur,&c. ⁋ Nec obſtat iſdem dicens ꝙ iu-
ramentum tale quid turpe non continet. Nec iurã
tem trahit ad delinquendum.& dato ꝙ traheret re
cipientẽ tamen ex eo non impeditur quin obſerua
ri debeat:vt eſt tex.in.d.c.debitores &.d.c.ſignifi-
cante. Quia replicarẽ uſuras fuiſſe ꝓhibitas odio
creditoris tantum ut ibidẽ,& hic doct. volunt, ſed
ut occaſio delinquẽdi tollatur fauor publicus eſt
l.ii.i.de Indict.induit.toll.cum vulgar.igitur iura
mentum tale non teneret nec inferendum eſt.Nam
nec negari poſſe pro nunc putarem, quin iurãs in
turpe incidat & contra bonos mores naturalemue
rationem dum ſuimet cauſam occidendi prebet.
ſuorum enim Dominus membrorum nemo eſt.

25 ⁋ AD SECVNDVM videlicet qñ contra-
ctus principaliter fauore publico prohibetur. Bar.
ubi ſupra.Dñs Anto.dñs Nichol.& Ioã.de Ligna
no in.d.c.cũ cõtingat:ubi Abbas.xv;col. Anchar.
in.d.c.licet.Paul.in Repetit.hic & Corneus dicũt
iuramentũ ſuper eo preſtitum nullatenus tenere,
per tex.in.c. ſi diligenti de foro competen.l.ii.de
Agric.& Cenſ.lib.xi.& in.c.contingat de ſnĩa ex-
comm.exempla ſi vis vide Bartolum ubi ſupra, cũ
quo communiter tranſeunt. ⁋ Sed Imol.in.d.c.cũ

contingat conatur arctare conclusionem. Ne procedat qñ solūmodo iure ciuili quid censeret contra publicam utilitatem. Sed ꝙ etiam iure canon. censeri debet. ad hoc ut iuramentum reddatur nullum. Ex quo infert contra Bartoli exempla. Quia solummodo ciuili non iure canon. contra publicā censentur vtilitatem. Nam ꝙ affixa edibus nō vendantur ne ciuitas deformetur ciuiliter solum importat. l. senatus. ff. de contrah. empt. l. cetera. de legat. i. Quod seruus ascriptitius absq; gleba nō alienet similiter. l. ii. de agric. & censit. sic de singulis Bar. per hoc iuramentū in eis obseruandū dicit: se firmat quia totiens obseruari debet quotiēs absq; salutis dispēdio potest. d. c. cum cōtingat. & simil. ad tex. in. d. c. si diligenti. Respondet ibi contra iura canonum esse. ¶ Cum quo Corneus hic transit in. xvi. col. excepto casu Bartoli. dum dicit pactum per ꝙ prorogatur instantia iuramento non firmari. Nam quemadmodum partes pacisci nō possunt ut snia sine actis uel a carente iurisditione detur. Notatur in. l. priuatorum. ff. de iurisd. omn. iud. & in. l. ii. i. commun. utriusq; iudic. Corneus ita dicit ꝙ ipse partes nec instantiam protelare possunt cōtra. l. properandum. i. de Iudic. ubi fauore publico tempus arctatum fuit: In ceteris cū Imol. transit.
¶ Nihilominus dicant quicquid velint mihi videtur communem probari optime in. d. c. si diligenti, tex. n. in fine arguit iuramentum non ualere super illicitis pactionibus: & illicitas uocat qñ ius non esset personale sed publicum, contra ꝙ pacisci non

poteſt, ibi immemor conſtitutionis, & in uerſi-
cu. manifeſte, ibi perſonale. Sed caſus noſter eſt hu
iuſmodi ac illicite pactiones ex hoc eſſent, igitur
nec iuramentum valere poterit. ¶ Non obſtat ibi
tex. ibi, nec iuramentū ſeruari potuit ꝙ contra Ca
nonica, &c. Quia crederem ibi factū poni contin-
gens, & probatur ex uerbo potuit, per ꝙ ad factū
ſe referre patet. Non per hoc ſequitur ut generalis
ratio de qua ibi tollatur. Nam de iure ciuili pactū
priuatorū contra ius publicum eſt illicitum. d. iuri
bus ita iure canon. cenſeri debet quis nō exprima
tur quia iura iuribus concordari debent. c. cum ex
pediat de elect. Itē legū correctio euitari iuribus
vulg. abſurdū profecto eſſet ut quę iure ciuili ſunt
illicita de directo iure canon. permitterentur, niſi
& quatenus exprimatᷣ. Nam tunc aliud ius cano-
nū bene poteſt. Nec obſtat ꝙ ibi loquatur de iu-
re publico Canonū. Quia (ſicut dixi) ſe refert ad
factū generaliter tamen protulit illa verba conſti
tutionis immemor, &c. Sed pactū contra ius ciuile
publicū illicitum iure Canon. Iudicari debet. d. c.
cū expediat cū ceteris, ut ſupra merito ſuper tali iu
26 ramentū valere non poterit. ¶ VIDENDVM
ſequitur qñ contractus principaliter priuato ſecū
dario fauore publico prohibetur, tunc iuramentū
iure ciuili non valet, Canonico aūt obſeruari de-
bet ut tenui. Niſi qñ perſona ꝓhiberet ut per Bar.
concluſum fuit. Ita Corneus dicit, ſed tamen hoc
uerum non putarem in terminis cōcluſionis. Nos
enim preſupponimus de fauore vt appareat & tñ
Bar.

Bar.non saluatur (vt dixi) nisi qñ persona prohibe retur nec appareret in sui fauorem prohibitionem
27 fuisse factam, igitur. ¶ QVARTO aggre-diamur qñ cõtractus principaliter prohibet odio iuramentum recipientis, tunc.n. Bar.ibi vult vt iu-ramentum liget, sic obseruandum.c. significãte de pignor. Non tñ ut contractũ firmet eum sequun-tur Ang. Dñs Anto. Imol. Nichol.in.d.c.cum con tingat, & cõmuniter, Anchar.in.d.c. licet, per hoc ipse Bar.infert ad filiumfamil.qui cum iuramento mutuum soluere promiserit ut astringatur. Idẽ in officiali qui officio durante emere prohibetur.l. non licet.de contrah.empt.l.fin. si quis alteri vel si bi. ¶ Sed Iaco.de Belu. in disput. que incipit, lex Perusina. Ioan. Anto.in addit. specul.sub titu. de prolat.sententie relati per Corneũ velle uidentur ne iuramentum liget quia contra bonos mores.l. i.ff.ad macedon.ac non solum in terminis illius ti-tuli loquuntur. Sed generaliter quoties caueretur statuto ne filiifamil. contraherent absq; consensu patris. ¶ Dñs Anto.in.d.c.sequitur hos tantum in macedoniano, ac id in loco vbi a filiis patres occi-di solerent ꝙ aborrent Christiani, sed ubi tale qd cessaret iuramentum ligare dicit. Ita ꝙ nec absolu tio peti posset. Ex notatis per Innoc.in.c.quia ple-riq; de immun.eccles. ¶ Corneus cõmunem opin. hic tenet quia licet sit cõtra senatus consultum, nõ tamen est contra bonos mores. Nam prestatur su-per licita re cũ iuret reddere ꝙ est mutuatum. Itẽ licet occasionem delinquendi dare uideatur, non

tamen ex hoc iuramentum inualidari debet, secun dum Imol.in.d.c.cum contingat.22.cart.per nota ta in.c.si vero de iureiur. Itẽ quia (dicit Corneus) esset absurdum dicere ꝙ quis in tali casu contraue niendo nõ incidat in peccatum, ex quo libere se de fendere poterat per absolutionẽ que petitur ne pa trem interficiat uel depredetur. Sic tenet iuramen tum ne sit nullum. ¶ In hoc pũcto primo circa ma cedonianũ duo considerarẽ: unum uidelicet an iu ramentum sit nullũ, alterum an (si non sit nullum) absolutio peti possit, seu omnimodo sit obseruan dum. ¶ Et ꝙ sit roboris nullius, primo mihi videt sic arguendo, iuramentũ obseruari tunc debet cũ in alterius preiudicium non redũnaret, est tex. in. d.c.cum contingat, & in.d.c.q̃uis de pact.in.vi.sed iuramentum contra macedonianũ uergeret in pre iudicium patris, vt est tex.in.l.filius famil.ibi.pa rentibus perniciosa.ff. ad maced. igitur obseruari non debere dicendum: consequenter nullũ vt Iaco bus aiebat. Non obstat Corneus ut supradictum. Quia res immo illicita erat probo p tex. in.l.i.ibi ne actio petitioq.ff.ad macedon. Si.n. licita esset actio daretur, argu.§.i.instit.de actione. que cum minime detur dicendum est ne licita sit. Aduertas ꝙ non tantummodo me fundo in illicita re q̃ in al terius preiudicio. Non obstat secundũ Imole fun damentum, Quia tollitur ex modo detrimento cõ siderato, sic etiam tollitur tex.in.d.c.si uero. Neq; tertio Corneus obstat quia si uerum diceret seque retur ꝙ semper ac vbiq; iuramentũ ualidum red

deretur contra.c.licet, ibi.nec vi.&.d.c.cum contingat nam absolutio & a uiolento peti posset. & nihilominus in eis dicitur iuramentum esse nullū. ¶ Finaliter in puncto nō obstantibus dictis crederem esse ualidū per tex.in.d.c.& si Christus de iureiur.in.§. Ang. in fine.ibi redde deo, uel melius probatur eo ipso ꝙ non probatur inualidum. Nec est contra bonos mores ac sine periculo salutis eterne obseruari potest.d.c.cū contingat cū concord. ¶ Nō obstat tex.in.d.c.& in.d.c.queuis. Quia debent intelligi effectualiter. Ita loquitur summus Pōtifex, ut credo, dū dicit huiusmodi iuramēta ob seruari debent, hoc est in effectu taliter ꝙ absolui nō possunt nisi vi uel dolo, ut ibi.qā tūc absoluentur, nec nulla dicentur probarem per tex.in.c.si uero de iureiur.in.vi.ut cōmuniter eū intelligunt & ibi glo.cū igitur absolui debeant qñ uiolēter, &c. & sic sequatur nō esse nullū argu.l.decem de verb. oblig.dicendum firmare ꝙ dum ibi dicitur nō ob seruari debere qñ sit in alterius preiudicium intelligatur effectualiter, & sic ꝙ absolui possit non au tē uelit ꝙ iure ipso nullū sit. Ita contraria cessant. ¶ Non obstat Iac.de Belu.quia negarem huc esse contra bonos mores. Nam ut superius diximus de bonis moribus naturalibus regula intelligi debet. Non obstat tex.a me ponderatus in.d.l. filius fam.ibi perniciosa, per quem uidetur hoc iuramen tum contra bonos mores. Quia pernicies illa de bo nis & facultatibus est ut patet, ibidem in verbo pe cunie datio. Non igitur de bonis moribus natu

ralibus uel quasi, consequenter, &c. Accedat q aní ma rebus cunctis preferéda est. l. sancimus de sacr. sanct. eccles. Cuius timore ne pereat iuramentū tenet. d. c. cū contingat, cum vulgar. ⁋ Nō obstat q iuratur super illicito sicut superius dixi. Quia in casu nostro illicitum est de iure ciuil. quo casu iu ramentum ualet, q̄uis absolui possit, est tex. in. d. c. significante, & in. d. c. creditores. Secus qñ iure na turali esset illicitum. d. l. non est obligatorium. ⁋ Nō obstat si argueres ut contra Corneum supra dixi quia concluderem semper & ubiq iuramentū ualidum esse dummō non ueniret cōtra naturales bonos mores. ⁋ Quam nostrā conclusionem simí liter ut supra intelligatis & qñ generaliter dicere tur ne filii familias cōtraherent, &c. ut supradictū. ⁋ Primo limitarem eā per Dñm Anto. ut supra qñ in loco patres occiderentur a filiis, ut mutuum red deret. Sic saluarem Iaco, ut per Dñm Anto. ob ra tionem quia tunc iuramentum esset contra natura les bonos mores. ⁋ Et secundo limitarem in loco ubi tarde homines iudicium seu discretionem ca perent ut puto desertis in locis, & uillis; nam tunc statutum si hac ex causa diceret ne minores uigín tí contrahere possint, absq consensu consanguíneo rum, que ratio ex proemio forsitan uel alio mō su meretur argu. c. qm̄ contra in princ. de probat. Cre derem iuramentum esse nullum per. d. c. & si Chri stus, ibi. & iudicio iuncta glo. ibi. cum qua concor dat accursius in. §. preterea uerbo iudicium instit. quibus non est permiss. facere testamentum.

¶ RESTAT secundum principale, videlicet. An iuramentum tale liget, adeo ꝙ obseruandũ sit, nec absolui possit, & tunc tenerẽ contra Dñm Anto. & Imol. sequacesq; ac dicerem absolutionẽ peti posse, ob rationem quia obseruantia eius in alterius & sic patris preiudicium redundaret. d. l. filius fam. ad maced. Iuncto tex. in. d. c. quis &. d. c. cum contingat, ꝙ puto fuisse de mente Bartoli, dum allegauit tex. in. c. significante ubi alterius preiudi-
28 cium non generatur. ¶ Et concludas ex dictis tribus principalibus conclusionibus, Quod iuramentum contra naturales bonos mores vel quasi naturales est ipso iure nullum. ¶ Contra ciuiles vero mores tenet in se, valetq; nisi prestitum sit super eo ꝙ facere non erat in potestate iurantis. Puta pacto contra publicam utilitatem principaliter superius ut dixi & nisi a carente iudicium prestitum fuerit. ¶ Itẽ est obseruandũ nisi vergat in alterius detrimentum, uel nisi vi, dolo seu metu fuerit exortũ nã
29 tunc absolutio peti poterit. ¶ QVINTO videndum sequitur in eo cuius fauore tantum introductum fuerit ne cõtractus valeat. Queritur an iuramento firmetur. Bar. in. d. l. si quis pro eo, tenet affirmatiuam per tex. hic nostrum & sic intelligit. d. c. cum contingat nisi qñ persona ipsa prohibita esset quia tunc iuramẽtum esset nullum. ¶ Quam conclusionem Dñs Anto. Imol. in. d. c. xxi. q. Corneusq; hic dicunt non habere locum in iuramẽto super contractu inito a statim verisimiliter consumpturo argu. l. Si quis cum sciret, ff. pro empt. &. l.

hoc iure canonico d. c. si ne[...] sed iure ciuili nu[...] est ut hi[...] in textu [...] nro [...] infra. n[...] in fin. [...]

is cui bonis.ff.de verb.oblig. Nã tunc contractus minime firmabitur iuramentum tamen validũ erit & eius relaxationem agi poterit, argu.c.i.& c. debitores de iureiur.cũ negari nequeat quin aliqualiter turpe sit ex parte recipientis. Ex quo materia datur ad bona consumẽdum. ¶ Idem dicunt in pecunia mutuata preparato uel notorie cognito ad ludum corrupturo, uel in voluptate mulierum. ¶ Eadem ratione dici videtur in iuramento prodigi. ¶ Nihilominus hoc ultimum dubiosum uidetur, & ꝙ prodigi iuramentum nullatenus teneat. Iaco.de Aren.uoluit in.l.qui habet.ff.de tutel. Primo quia iuramentum inter alios necessarios comites iudicium habere debet.c. & si Christus, milies allegato. Sed in prodigo iudicium deficit, igitur. ¶ Secundo prodigus furioso equiparatur.l. is cui bonis de verb.obli.sed furiosi iuramentum nullũ est, igitur. Tertio uidetur absurdum ut prodigus iuramento administrationem legibus interdictam recuperare possit & sic leges ut elusorie reddatur; contra.l.si pretor.ff. de iudic. & iura vulgaria. ¶ Quem sequitur Federicus in consil.xxxi. ¶ Hanc eãdem Bar.in.d.l.is cui bonis tenuit ex ratione ꝙ cum a superiore prodigo interdictum fuerit si contrahit mortaliter peccat.c.ii.de maior.& obed.vbi de utroꝗ superiore loqui dicit, igit̃,&c. ut milies enarrauimus. ¶ Cum quo Bal.in.d.l.is cui, & hic ratione quia ubi naturalis obligatio nõ cadit nec iuramentum ligat.l.i.de constit.pecun.in prodigo non cadit, ut in.d.l.is cui merito nec iuramentum

ligat. ¶ Per q̃ argu. Salyc. & Angel. hic Butricar & Hyer. torti. in. d. l. is cui dicunt hanc esse cōmu/nem sequuntur Transac. de Crema not. iiß. Imol. consil. i. col. iii. Federic. consil. xxxi. Paul. de Castr. Ang. Anchar. & Bal. pro ista consuluerunt ut apo/stilla testatur in. l. is cui. ibi consulendo, & cetera. ¶ Pro hac etiam sic arguerem, ubi nulla voluntas est. Quis nec obligatur Deo. d. c. & si Christus, In prodigo aũt nulla voluntas est ut loquitur tex. in. l. furiosi. ff. de regul. iur. sicut nec in furioso igi/tur, &c. ¶ Contrariam uero partem q̃ immo Deo prodigus obligetur. Dñs Anto. tenuit in. d. c. cum contingat ex cōsideratis Bartoli super. d. l. is cui. Primo quia pupillo equiparat' doli capaci qui iu/ramento tenetur per istum tex. ut voluerunt Ho/stieñ. Bar. & Ioã. And. superius ut uidimus igitur. Secundo prodigus obligatur delicto sicut pupil/lus doli capax. d. l. is cui. ac per doct. in. l. si quis in tantam, ubi glo. igitur, ad obseruantiam iuramẽti tenetur ne incidat in periurium. ¶ Hanc Ludoui/cus Rom. in. d. l. is cui, sequit' & Imol. Federicusq; in. d. consil. suo. xxxi. circa finem. Cuius rationes contrarium suadere videtur. Imola putat fuisse ad/ditas, eandem Corneus hic sequitur & ego sequar. ¶ Contra communem dico sic, Prodigus est cui bo nis interdicitur cum finem nec modum in expensis habeat. §. idem prodigus inst. quibus nõ est permi. fac. testa. Si igitur in bonis tantum deficit & circa bona, sequitur in reliquis ut pro sano idoneoq; re/putetur utilia cognoscat & inutilia, sic igitur pec/

catum arg.l.cum pretor.ff. de iudic. consequenter Deo successiueq; iuramento ut obligetur.d. c. & si Christus,cum per iuramentum obligatio principaliter deo fiat. Non obstat primũ Iacobi de Aren. de verbo iudicium in.d.c.Quia prodigus iudiciũ erga deum habet peccatumq; cognoscit,vt dixi q̃uis deficiat in bonis. Nec secũdũ eius obstat quia equiparatio.d.l.is cui procedit in bonis & circa bona. Probo per eundem tex. in uerbo bonis. Item absurdum profecto mihi videretur si diceres eum textum loqui de obligatione fienda Deo. Nam in principio dicit ꝙ sibi stipulando querit & sic loquitur de hominis acquisitione. idem dicendũ est ut in sequentibus loquatur non aũt de obligatione deo fiéda.d.l.cũ pretor. Nec tertium obstat quia dicerem ꝙ si procederet auc. nostra male posita esset.Nam per iuramentum ut hic derogatur legibus interdicẽtibus puberi sine curatore negotiari ut in titu.de rebus eorum. Itẽ & male tex. in.d.c.cum contingat.& in.d.c. quamuis loqueretur, cum mille similibus ꝙ absit, igitur, &c. Non obstat quartum ꝙ Bartoli fuit. Quia legi contra ueniendo non peccat in casu nostro,quamuis persona eius interdicta fuerit superius probaui.Nam cum in lege caueatur interdictionẽ in prodigi fauorem factam esse. Si contrauenit nõ peccauit cũ sciat uel saltim presumatur ex lege concedi renunciare quem posse fauori suo. Nec obstat quartum quia Ludouicus maiorem negat & probat per.d. c.debitores cum ibi.notatis de iureiur.& in.l.i. de

summa

summa trinit. Nam ad vsuras quis nec naturaliter obligatur, & tamen iuramentum obseruari debet, vt glo. in prefato c. dicit. Itē dñs respondet Anto. ꝙ lex naturalem obligationem respectu partis impedire potest non aūt respectu Dei. Item lex ani-me magis q̄ bonorum periculum notat. d. c. licet, igitur, &c. Nec obstat tex. in. d. l. furiosi per me pō-deratus, quia dum dicit eum cui bonis interdicit intelligo, si ob delictum interdicatur ut ibi glo. qc quid eadem in alia opin. dixerit; uel si simpliciter eam sequi volueris. Dic ibi nulla uoluntas est, ut intelligatur in bonis & circa bona superius vt in primo fundamento protuli, pro quo pondera ver-bum bonis in. d. l. ¶ Finaliter firmo iuramentum prodigi tenere sed tamē crederem ꝙ absolutio pe-ti posset & concedenda esset absq; alia probatione doli vis uel metus, ex eo tantum quia prodigus a iudice interdictus uel notorie cognitus fuerit ut tradit Bar. in. d. l. is cui. nam ex eo recipiētis dolus arguitur sufficiēter, ut dñs Anto. Imol. Corneusq; dixerunt & in principio huius articuli retulimus. Sed in his qui de proximo ad ludum uel, &c. per-dituri erant. Idem per superiora fortasse dici pos-set ꝙ iuramentum ualeat sed a prodigo differant quia in eis ut absoluantur probatio requiretur. ¶ Ex quibus infero contra Bal. in questione de filiofam. alienante cum iuramento ea quorum non habet pater vsumfructum ut sunt aduenticia. Dicebat. n. iuramētum esse nullum quia prodigo equi-paratur. l. fin. §. filiis aūt de bonisq; liber. Quē ibi-

dem Ang. Fulg. & Paul. de Castr. sequuntur. Nam cum habueris modo valere prodigi iuramentum. Conclusio cessat eorum. Preterea secundum Imolam in. d. c. cum contingat. ii. princ. membro. in. 22. cart. non clare sumitur ex eo tex. ꝙ prodigo equiparetur, igitur, &c. ¶ Quam conclusionem de filio tali sic intelligerem, ꝙ (eo pretextu sic dispositionis. d. §. filiis aut) absolutionem non totaliter petere possit sed relaxationem tantũ pro tẽpore donec pater vixerit per tex. in. d. c. cum contingat ibi alterius preiudicium. Sed immo uidetur per illũ tex. iuramentũ esse nullum. Dicas ut superius in quarta quest. posui, dum illum declarani. Addas bonũ dictũ Innoc. in. c. scripture de uoto. Dicẽtis ꝙ q̃uis filius fam. uoto non obligetur, mortuo tamen pa-
32 tre obseruare tenet᷑. ¶ Modo querã an patre mortuo contractus talis iuramento firmetur. Videtur negatiuam habere locum, ex regula ꝙ ab initio. de regul. in. vi. ex ad aduerso ꝙ sic per tex. in. l. cũ uir. de usucap. Corneus nec alius resoluit ultimam opin. fortasse tenerem. Quia regula dicta ex solo temporis tractu intelligi debet ut ibidem per doctores in casu tamen nostro mors cooparauit igitur, &c. Sed quia Dinus ibidem nobis contrarius est, dum dicit cõfirmatione sic nouo processu opus esse finaliter cum Dino transibo. Nec obstat tex. in. d. l. cum vir. quia pro nobis puto, eumq; intelligo, ibi confirmari conuenit, ut dicere velit ꝙ sicut olim uenditor confirmare sic nouiter hodie cõsentire necesse habebat, & hoc ibi finalis glo. sensit

sollicitus ergo sit emptor ut contractum confirma re faciat, anteq̃ olim vẽditor absoluat a iuramẽto.
83 ¶ SEXTO Queritur an iuramento firmetur actui cui lex non assistit neq; resistit, q; declara p Bar. in. l. cum lex. ff. de fideiuss. exemplum in stipu latione alteri facta & in pacto nudo de iure ciuili. Bar. in. d. l. si quis pro eo dicit q; cũ ex tali contra ctu obligatio naturalis nascatur, ut habetur in. d. l. stipulatio ista. §. alteri de uerb. oblig. Ideo iure canon. ut contractus conualidetur: sicut in stipula tione penali. d. §. alteri hanc sequuntur Ioan. Anto. in. d. c. cum contingat. 44. cart. ibidem dñs Anto. in. vi. casu & Imola. ¶ Primo videndum crederem in stipulatione uidetur ut absq; iuramento ualeat iure canon. per glo. in. c. quotiens oculus cordis. i. q. vii. ibi maxime si cum iuramento, q; est dicere vt etiam sine iuramento ualeat, Imol. Romanusq; in d. §. alteri dicunt glo. illam non iure probari. Cum & de iure Cano. Inspiciatur an intersit stipulatoris c. non solum. ii. q. vii. Idem sequitur Ang. dicẽs nec illum agere posse cui stipulatũ sit per. c. quacunq; de usur. in. vi. ibi aut alii qui posset ei acquirere. ¶ Sed si cum iuramento alteri stipulatum fuerit, Bal. in. d. l. pactũ de coll. & in. l. illud de sacrosanc. eccle. dicit in questione nona, q; ille alter ex pacto iurato agere poterit per illam glo. in. d. c. quotiens. ¶ Finaliter in hoc dicerem, q; si stipulatus fuerim hoc modo. Promittis mihi dare centum Titio, seu q; Titio centum dabis, tunc si mea interest absq; alio iuramento agere potero ciuiliter vt glo. in. d.

l.ſtipulatio.§.ſi quis inſulam: ſi mea nō intereſt & tunc iuramentum obſeruari debet nōn dico ut contractus conualidetur. Ita Corneus hic & ita loquitur, Bar. dum ponit ſimilitudinem de ſtipulatione penali. Sed ipſa contractum nō conualidat, ſed ad penam ſolū agitur, ſic dicendū in iuramento erit. ¶ Aduertas nihilominus ꝙ iuramento exceptio illa poſſet obſtare videlicet, ꝙ tua nō intereſt: doct. in.c.nouit &.c.cū inter de elect. Ita ꝗ nec ꝑ euangelicam denunciationem agi poſſet Bar. ad reprimen. in uerbo denūciationem, & ſequitur Corneus hic dicens ꝙ illa in penali ſtipulatione nō obſtat. ¶ ꝙ aūt contractus non ualideur. Adduco ſuperius a me poſita in ampliatione ultima. Igitur abſolutione opus erit, ſed ipſe Titius agere non poterit neqꝫ ad obſeruantiam cum ſolutio tantum ſic nudus actus in eius perſona collatus fuerit non autem obligatio, nec naturalis, hoc dicere glo. uoluit in.d.§.ſi quis inſulam in uerbo ſi quis. ibi non autē ille, conſequenter nec iuramentum, vt obſeruetur cum obligationis acceſſorium ſit, igitur, & cetera. ¶ Si uero & ſecūdo ſtipulatus hoc modo fuerim: Promittis dare Titio centum eo caſu ſine iuramento, nec ego nec Titius aget. Cum iuramēto nō ego ſed Titius agere poterit ad obſeruantiam eius, ut

14 Bal. modo relatus. ¶ Videndum reſtat pactum nudum, Bar. in. d. l. ſi quis pro eo, Ang. in. l. iuriſgétium. §. quinimmo. ff. de pact. & Salyc. in. l. legé ſuprā de pactis, iure ciuili tenent iuramēto ne veſtiatur, Corneus tranſit aſſerens eſſe communem re-

spondetq; Romano in.l.i.de verb.oblig.ꝙ lex si qs maior,supra de Trāsac.allegata per eum de pacto nudo minime dicat,& dū dicit actione priuandus per ꝙ Ludouicus intelligere voluit,actione videli cet nata ex pacto vestito per iuramentum negat ip se Corneus pactum ante iuramentum fuisse nudū: Ad.l.iusiurandum.ff.de operis libert.Doctores di cunt ibi speciale ut patet in tex.in contrarium igi tur ius commune. Ita respondetur. ¶ Iure canoni co tamen volunt dn̄s Anto.& Imol.in.d.c.cum cō tingat,ut pactum nudum iuramento firmetur. ¶ Contra quos finaliter Corneus ipse concludit; quia nec iure Canonico probatur. Nec obstat di cit ꝙ eo iure nudo ex pacto actio nascatur. Quia uerum inter Clericos & in terris ecclesie, sed si iu re illo iuramentum ualidaret nudum pactum pro ut contractum validat in.d.c.licet, &.c.quis. Inter laicos ac in terris imperii seruaretur. ¶ Ego fina liter concluderem iuramentum iure Canon.obser uari debere non tamē ut nudum pactum firmet ex rationibus per me superius positis. Ad tex.in.c.ii. de pact.in.vi.ibi firmetur intellectū superius de di. Ex quibus inferrem ꝙ minus contractus inomi natos iuramētum firmet cum hi debiliores magis existant,ut notatur p glo.in.l.petēs supra de pa ct.
34 Bal.in.l.siue supra de Transac. ¶ SEPTIMO Queritur an cōtractus in probatoria solēnitate de ficiens iuramento firmetur. Bar. in sepe dicta.l.si qs negatiue conclu dit. Quia solēnitates huiusmo di publicam propter vtilitatem inducte fuerunt.

ideo priuatorum pacto remitti nequeunt.l. ius pu blicum de pact.l.nemo de legat.i. ¶ Que ratio pri mo fallit secundum dñm Anto.in.d.c.cum contin gat,ubi solénitas nõ fundaretur omnino super pu blica utilitate siue principaliter,exemplum in con tractibus in quibus fauore minorum vel mulierũ solénitates huiusmodi statutum introduxisset.Nã tunc per iuramentũ contractus non solénis firma retur,secundum vnam opinionem. superius tamen aliam substinui,uidelicet ut iuramentum obseruã dum sit. ¶ Secundo fallit ubi per.c.implementi ex pectationem anima lederetur. Nam tunc implemẽ tum solénitatis attendi non debet,exemplum in le gatis ad pias causas,argu.c.tum esses,&.c.relatum de testameñ.Ita dñs Anto. ¶ Tertio fallit, ut per eundem in probatione iuramenti, exemplum si sta tuto caueretur vt in certis casibus probari non pos sit nisi per quinq; testes,modo quis testes non adhi buit sed curauit,vt supra contrac. nisi tu iuraretur certe iuramentum interpositum esse per duos uel tres probari poterit.Cum lex humana statuentesq; super iuramento disponere nequeãt per id ꝙ in.c. per tuam de ordin.cognit. Ad hoc Imol. in.d.c.cũ contingat.39.cart.ꝙ saltim ecclesiastico contra iu dice procedit.c.fin.de foro compet.in.vi. & eadem ratione statutum si diceret vt contractus quidam uel omnes probentur tãtummodo per scripturam. Nam tunc iuramentum per testes probari poterit, ꝙ si simpliciter de obseruando cõtractum interpo situm fuerit per consequentiam tũc probabitur &

contractus, cum alias iuramenti probatio nihil esset nisi de tenore contractus etiam super quo iuramentum interpositum dicitur testes ipsi probarent. ¶ Sed aduertas ꝙ ita dicēdo uidetur ut regula destruatur ex quo in effectu per iuramētum, ut supra probatum quis (non obstante defectu probatorie solénitatis) consequitur ꝙ in contractu deuenit. Responderem ꝙ ut iuramentum sic probatum obseruet ecclesiastica censura nec aliter compelli potest, ut modo dictum de qua Bar. ad reprimendum sub uerbo censura. sed regula predicta procedit in terminis. d. c. cum cōtingat in quibus & iudex laicus adiri potest, ut patet, ex. c. licet, merito fallentia regule non adaptatur cum extra eius loquatur terminos quamuis in se vera notandaq; sit.

35 ¶ IVXTA predicta queritur ꝙ si statuto caueretur ne cōtractus ualeant, uel ꝙ inst. minime probent, nisi de his notarii duo rogati fuerint. An (si unus tantum de contractu rogetur) instrumentū probet, & substentet iuramenti vigore. Dn̄s Nichol. in. d. c. cum contingat negatiuam tenet. Quē Corneus hic sequitur, ex ratione quia sicut per notarium unum contractus non probat ita nec iuramentum argu. l. fin. de constitut. pecun. ¶ Obstare tamen huic videt Bartoli rationem, quam hic & in d. c. sequuntur, videlicet statuētes disponere nō posse de iuramento. ¶ Ideo Corneus distinguit. ꝙ si probatio seu potestas uel fides, quam notarius habuit vt sibi credat per Imperatorem concessa fuerit, statuentes bene facere potuissent ne notario

crederetur vni, cum statuta in territorio imperato rie legi derogare possint.l.omnes populi.ff. de iu/ stit.& iure, ꝙ intelligas ut ibi, Doctores consequē ter cum vni notario non credatur circa contractū nec circa iuramentum credi dicendum est argu.d. l.fin.nisi per testes probaret' ut supra dixi. Sed si notarius ab ecclesiastico potestatem habuisset, pu ta Pontifice, qui Apostolicus notarius dicitur, tūc ei per statutum derogari non posset ob Imole ra/ tionem, ꝙ intelligas nisi statutum a Pontifice ap/ probatum esset argu.l.ii.§.omnia nostra facimus. 37 ff.de orig.iur. ¶ OCTAVO dubitatur an contractus inualidus ex defectu solennitatis forma lis iuramento ualidetur. Bar.in eodem loco, nega tiuam. Quia forma dat esse rei.l.Iulianus.§.si quis ff.ad exhibeñ.Nichol.& Imol.in.d.c. cum contin gat, & Corneus hic. Vnde Bar.infert stipulationē defectiuam puta sine respōsione iuxta.l.i.§. si quis ita de uerb.oblig.iuramento non firmari, sed ꝙ eo casu iuramentum transformet eam in pactum nu dum. Cum in se contineat clausulam, si nō ualet vt agit' valet ut ualere potest. Idem dicit in fideiusso re qui nec etiam obligatur in duriorem causam q̄ principalis, vt in tit.de fideiuss. ex iuramēto tamē ut principaliter obligatus remanebit. Que uera putat & sequunt' nisi consensus in contractu defi ceret.nam ex consensu contractus regulat', tex. est in.l.fin.c.de non numer. pecun.in.l.fin.ff. qui satis cogant' in.l.fin.circa princip.ff. ad municipal.

38 ¶ Que nostra conclusio procedit quādo simplici/ ter

ter contractum seruare quis iurauit. Sed si iuraue rit exceptionem non opponere in literarum obli gatione iuramentum seruare tenetur, q̃uis repete re soluta posset conditione sine causa argu.c. debi tores de iureiur.sic Bar. & Ang.in.d.l.fin.de nõ nu me.pecun.quam exceptionem opponere potuisset si absq; iuramento renunciasset vt Nichol.Cyn. & Bal.in.l.si ex cautione.i.de non numer.pecu. quos magis communiter sequunt̃ ex ratione quia qua fragilitate ad contrahendum quis inductus fuerit eadem ad renunciandum censeri dicunt cum egen tes ad creditorũ voluntatem facile trahantur. Sed aduertendum, quia contra eos ratio hec vrgere videtur, puta si diceretur ꝙ eadem ratione fragili tatis ad iurandum inductus censeri debeat, & sic pariter ne iuramentum valeat.d.l.fin. Imola tñ in d.c.dicit ex ratione ista minime iuramẽtum tolli, seu uinculum eius probat per nostrũ tex. vbi fra gilitas in iuramento considerari poterat. nihilomi nus nil obstat quin cum iuramento disponatur ali ter, q̃ sine ipso. ¶ In hoc aũt a Bartolo ceterisq; di scordat, quia dicit adeo renunciationẽ iuramento conualidari, ꝙ nullo mõ soluta pecunia repeti po test, nec absolutio a iuramento peti, ex ratione mo uetur, quia iuramentum facit debitum ex quo iu rans obligari se uoluisse videtur, etiam nulla sibi numeratione facta. Respondet ad.c. debitores, ꝙ ex parte ibi recipientis turpitudo inerat, hic secus. ¶ Corneus ut Bartolum saluet negat iuramentum producere obligationem, nec sequitur (dicit) non

poteſt opponere per iuramentum ergo.ergo ſe uo-
luit obligare. Immo iurauit confiſus ut ſibi pecu-
nia ſolueretur, finaliter cōcordando cōcludit Imo
Iam uerum dicere in abſolutione iuramenti. Barto
lum uero in abſolutione ſolutarum. Approbo quia
per iuramentum contractus non firmatur, ut in ar-
ticulo ſuo ſuperius diximus. Sed obſeruādum eſt,
Cum igitur obſeruatum fuerit nō uiderem cur im
pedire habeat repetitionem. Circa.c.debitores di-
cerem ꝙ hic ſicut ibi turpe recipitur nam hic reci-
pit ꝙ habere non debet igitur turpe nec in hoc ver
ba debent attendi. Sed ueritas ipſa, niſi iuramenti
uerba ſe aliter haberent, puta iuraſſet non allega-
turum numerationem non eſſe factam quia tūc re
petere ſoluta nequiret, ut Corneus hic, & vltra Do
ctores addit ꝙ ubi ſoluta repetere vellet iuramen-
to nō obſtante, minime poſſet, niſi prius probaſſet
numerationem ſibi per creditores non eſſe factam
pro quo ſic arguit. Nā Bar.in.d.l.ſi ex cautione di-
cit propter confeſſionem preſumi numerationem
factam, ideo datur exceptio nam ſi nō preſumeret
exceptio fruſtatoria eſſet, ſed exceptio tollitur per
iuramentum, igitur, &c. ¶ Vel eum non intelligo
vel male dixit & contra textū in.d.l.ſi ex cautione.
Nam ibi probandi onus incumbit actori ſe uideli
cet numeraſſe. igitͤ pro eo ex rei confeſſione pre-
ſumptio nata non fuit. quia tunc non ſibi onus in-
cumberet. nec inuenio Bartolum dicere ſicut alle-
gauit. Bene fateor ꝙ in exceptione doli ꝓcederet
opin.& argu. ſuum puta ſi doli exceptionem non

allegaturum iuraſſet,& obſeruato iuramento ſolu
ta repetere uellet pro quo mihi uidet̃ glo.in.d.l. ſi
ex cautione ibi & interogabit̃ creditor,&c. & ibi
ſiue ei probet̃, ſed in exceptione non num. pecun.
contrariũ in eo tex.mihi uidet̃,& ſic rei confeſſio-
ne preſumptionẽ pro actore non naſci p illum tex.
19 ¶ EX predictis etiam infertur ad contractum ſi
mulatũ an iuramẽto firmet̃,breuiter per doctores
dicas. ¶ Aut ſimulatus totaliter eſt puta nullo pa-
cto contrahere uoluerunt, ſed contrahere ſimula-
runt,& iuramentũ tũc non ualet,ſicut nec ipſe con
tractus,cum in eo conſenſus deſit & ſicut contra-
ctus ita iuramentum ſimulatũ fuit,Cyn.Bal.Ang.
in.l.ab emptione per ibi glo.i.plus ualere ꝙ agit̃.
Dñs Anto.& Imol.in.d.c.cum contingat licet iu-
rans grauiter delinquat iuramẽti religionem aſſu
mens,ꝑ ea que habent̃ in.c.q ſacramẽto.22. q.iiii.
& in.c.tua nos de iureiur. ¶ Que fallit ubi ſimula
tionis cauſa iuſta fuerit puta periculi euitandi cau
ſa ſimularũt,uel alia.Dñs Ant.ubi ſupra colũ.23.
ſed aduertas ꝙ ratio dicta uiget & ſi cauſa iuſta
fuerit nã ſi conſenſus deficit,ut dixerũt in iuſta q̃
in iniuſta cauſa contractus erit nullus conſequẽter
iuramentum ſic is mihi non placet. ¶ Quod ſecun
do limitata procedere ubi ſimpliciter iurarunt ob
ſeruare contractũ ſed ſi iuraſſent omnia predicta
uera eſſe tunc ſimulationem quis obiicere non po
terit quia ſuum periurium detegeret ideo non au-
diet̃ argu.l.tranſactione,ſupra de tranſact.c. inter
dilectos,de donat. Ita Dñs Anto.& Nichol.in.d.

c.cum contingat nec obstat Imol.ibidem colũ.42. Quia Corneus hic respondet iura sua loqui respectu exonerationis cõsciẽtie aduersarii qñ videlicet quis ageret per uiam denunciationis tunc sibi liceret turpitudinẽ allegare suam, ꝙ habet᷑ in.c. inter dilectos,&.c.queẽadmodũ de iureiur.ac Imola ubi supra.Itẽ limitata tertio si iurasset super renunciatione exceptionis simulationis. videlicet eã obseruaturum.Similiter obseruare tenet᷑, & hec intelligas ubi ex vtraq; parte simulatio procederet,secus ex parte iurãtis tantum. Nam secundum recipientis mentẽ iuramentum intelligi debet, & sic Deus recipere videt᷑.22.q.v.c.quecũq; sic Nichol.in.d.c.

¶ Aut contractus fuit(verus tamen factus in fraudẽ exẽpla)si uis habes in.d.glo.plus ualere ꝙ agitur.& aliud exẽplum ꝑ Canon.uidelicet si inierũt contractus donationis & cum de donatione gabella soluerer᷑ venditionẽ simularunt tunc. ¶ Aut agitur cõtractus apparet ut obseruet᷑ & sic uere actus & minime iuramentum ualet ratione superius dicta.nam consensus deficit secundum eosdẽ. ¶ Aut agit᷑ ut ex iuramento seruetur ꝙ inierunt & sic nõ apparens & concludas ꝙ si non apparẽs contra bonos mores naturales uel diuinos erat ex iuramẽto quis non obligat᷑ argu.regule nõ est obligatoriũ sic intelligo glo.in.l.ab emptione dum de vsuris dicit.Si uero contra ciuiles bonos mores esset ut patet in exẽplo dicto donationis quia gabellam defraudare uellẽt,uel aliquẽ tertium, tunc tenerem vt respectiue solutionis gabelle seu interesse tertii

ex vinculo iuramenti teneantur ob eorum odium sed respectu commoditatis ipsorum contrahentiũ vt iuramentum minime ualeat cum eisdem iuramẽto abuti minime licuerit in alterius maxime deceptionem, nec turpitudinem allegans audiri debet. c. interrogasti. 27. distinc. not. in. c. tua nos. de spon sal. ¶ Non obstat dum dñs Nichol. ubi supra dicit iuramentum ualere cum in dubio presupponere nõ debeamus eos abuti iuramento uelle argu. l. merito pro socio, &. c. estote de regul. iur. Quia casibus in supradictis non essemus in dubio cum ex coniecturis eorũ fraus capiatur & ex eo dũ aliud agũt q̃ in mẽte apparenter habeant nec. n. aliud q̃ fraus
40 ex hoc sumetur igitur, &c. ¶ NONO ibidem querit Bar. an iuramento firmetur cõtractus reprobatus ratione rei super qua interponitur. Puta cuius commercium non sit. quia sacra uel usibus publicis destinata iuxta tex. in. l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. oblig. &. l. idem Iulianus. §. fin. de legat. i. vel saltim an iuramentum sit obseruandũ. Dicit negatiuam, cum impossibile concernere videatur tam de iure q̃ de facto. nec priuatorum consensus rei defectum supplere potest. Idẽ Dñs Anto. in. d. c. sub. viii. mẽbro. ¶ Sed Imola in. 49. col. ibidem contrarium tenet. Corneus hic amplectit ambos. Nam (dicit) si res fiscalis penes me sit quã forsitan possideo vendoq; tibi. contractum obseruare teneor, fortius iuramentum quia eius comercium erat, cum usucapi poterat saltim in terminis l. omnes de prescrip. xxx. annorum. sic Imolã pro/

cedere dicit. Aut rē promitterem que penes fiscū est uel Imperatorem & tunc q̄uis aptitudine sit co mercii nostri ut supra tñ quia suas res Imperator concedere non solet. Impossibile reputatur comer cium eius consequenter promissio per iuramentū minime tenet argu.l.impossibiliū de regul.iur. in vi.sic dicit sentire Bartolū in verbis suis ibi de fa-
41 cto.dū allegat.l.fin.§.fin. ¶ DECIMO Bar. ibi querit quid si cōtractus ob subditorum uarias vtilitates reprobetur, an iuramento firmetur. Dicit affirmatiuam.c.quamuis de pact.in.vi.iuncta.l.pa ctum.i.de collat.eundem hic terminis.l. cum hi.ff. de Transac.ubi contrarium idem Bar.tenuit, sed in.d.l.si quis approbatur. Non obstant que Bar.in. d.l.cum hi quia vt ultime uoluntates exequantur est fauor publicus. Sed non principaliter igitur ne iuramentum impediatur quin liget est dicendum. Sic Dñs Anto.in.d.c.cum contingat. Nam qñ in-teresse non est publicum principaliter sed secunda rio iuramentum ligat, ut patet in alienatione dota lis rei.d.c.licet mulieres de iureiur. Itē dicas ꝙ si ratio talis attenderetur. Sequeretur ne in legatis & aliis in testamento relictis transigi posset, ꝙ fal sum esse cui patet. Nec obstat ꝙ in.d.l.cum hi, for-ma ponatur sine qua non ualeret alienatio sic sine decreto consequenter nec iuramentum per ea que superius in.viii.q.diximus. Quia Respondet Imo-la in.d.c.ꝙ etiam in alienationem minorum decre tum requiritur.l.magis puto.§.ne passim.ff.de re-bus eorum, & nihilominus iuramentum tenet ut in

tex.nostro. ¶ Sed quia hoc tollere videtur conclu
sionem in.q.dicta, Corneus dicit melius : ꝙ in.d.l.
cum hi forma non est substantialis, puta ut institu
tio in testaméto verba in stipulatione, &c. De qua
in questione prefata loquuti sumus. Sed solénitas
quedam introducta fauore ut supra. Nec obstat ꝙ
lex prohibendo procedat ut voluit ibi Bar. quia nõ
prohibet ne actus fiat, sed eius ualiditaté ut Corn.
hic dicit igitur, &c. Aduertas tamen ꝙ hanc intel
ligo vt iuramentum sit obseruandum. non auté ut
contractus cõualidetur per ea que dixeram & hoc
Dñs Anto. tenuit in.d.c. cum contingat. Quam no
stram conclusionem limita nisi transigétis pauper
tas vel uerisimilis fames appareret, vt per Feder. de
Senis consil.60. seu.72. Qué sequitur Corneus hic
nam tunc & cum iuramento transactio non firma
bitur.86. distinctione.c. pasce. & tu dicas nec obser
uandum esse. ¶ Et quia si recte intuearis non ali
ter Bartolum loqui uidebis in.d.l. cum hi ꝙ clare
patet ex uerbis eius dũ dicit. Ne homines tenues
fame pereant, igitur non fuit sibi ipsi cõtrarius ut
42 omnes uoluerunt de quo minor. ¶ Aliud exéplum
Bar. in.d.l. si quis pro eo ponit, uidelicet in dona
tione inter virum & vxorem, que prohibita est.l.i.
ff. de donat. inter virum & vxor. ut iuramento fir
metur. Quem Dñs Anto. Nichol. & Imol. Dicétes
magis communé esse in.d.c. sequuntur, & Corneus
hic optime respondens fundamentis Petri Cyn.
Ioan. Andreas Ange. ac Salyc. contratenentium.
43 ¶ Aliud exéplum erit in terminis rubrice ne fide

iuſ. Dotium dentur. Nam iuramentum fideiuſſio-
nem ualidabit, Imol. in. d. c. cart. 48. per eum tex. &
in. d. c. quãuis. Dic tu erit obſeruandum per ſupe-
riora. Bar. vero in. d. l. ſi quis pro eo contrarium vo
luit in. iii. mẽbro. Reſpondetur ꝙ in. d. rubrica per
ſona nõ prohibetur, licet ipſa datio ſiue cõtractus.
Nec obſtat tex. in. d. l. ii. eodem. d. titulo. Quia ꝙ
prelia inter coniuges oriantur ex quo datio uidet
contra bonos mores conſequenter non ualere iura-
mentum non ſemper & directe ſed indirecte occa-
ſionabiliter peruenit. ſecũdum Imol. Federic. in. d.
44 conſil. & Corneum hic. ¶ Aliud exẽplum datur in
terminis. l. de his de Tranſac. nã licet tranſanctio
minime ualeat niſi inſpectis cognitisq́ uerbis te-
ſtamẽti. Ita ꝙ nec illi legi renunciari poſſit, ut ibi
Bar. poſt antiquos Ang. & communiter tamẽ iura
mẽto firmatur ut Imol. in. d. c. & Corneus hic ſed
Dñs Anto. in. d. c. dicit iuramẽtum ualere non ꝙ
firmetur cõtractus. ¶ Ego putarẽ ꝙ nec ualeat iu
ramẽtum ſic arguerẽ, de ſubſtantia tranſactionis
eſt ut fiat ſuper lite incerta, ut patet in. l. i. ff. eo-
dẽ de tranſac. Incerta dici non poteſt niſi teſtamẽ
ti uerba inſpiciantur & hanc rationẽ ei legi darem.
nam legatum fideicõmiſſum ſeu ſimile ſi clare in-
ſpiceretur in teſtamẽto relictum ſuper eo minime
tranſactio cõueniret ſed potius renunciatio. Cum
igitur inſpectio de ſubſtantia ſeu forma ſit tranſa
ctionis, eſt concludendum ꝙ ea deficiente nec iu-
ramentum obſeruandũ ſit, per ea que in octaua di-
ximus queſt. Vnde inferrem contra doctores hic
Corneum

per Corneum relatos dum in illius legis ratione variarunt. ¶ Aliud exemplum in terminis. l. sanci-mus. i. de donat. vbi sine insinuatione vltra quingẽtos donari non potest. Queritur an donatio talis iuramento firmetur. Bar. in. l. illud. de sacrosanct. eccle. negatiuã tenet Bal. in. l. antepen. i. de donat. ubi Saly. c. dicens renunciari non posse donationi prefate, idem Imol. in prefato. c. quod ultimum crederem sed tamen iuramentum obseruari debere p tex. in. d. c. cum contingat, & in. d. c. q̃uis per me superius declaratos rationem assumẽdo parẽ. fundamentis omnibus Bartoli ac Baldi optime respondet Imola Corneusq; hic numero. 74. dicens se casum consuluisse. ¶ Aliud exemplum ponitur in donatione facta inter patrem & filiũ, queritur an iuramento firmetur. Dicas ut hic per Corneum ꝙ (si loquimur qñ filius patri aduenticia donat) iuramento firmetur sic specul. de testamentis. §. i. versic. sed pone filius, tanto fortius in quibus usufructus patri queritur uel dicas obseruandum esse, ut fuit milies dictum, aut filio profectilia pater donat. & tunc iuramentum nec ligat. Quia pater facere non potest filium esse capacem eorum qui non est. Nã videmus ꝙ inuito patre per filiumfam. queritur. l. etiam inuitis. ff. de acquir. rerũ domin. igitur nec donatio patris filio acquiretur, habetur in. l. frater a fratre de condit. indeb. l. i. de inoff. don. consequẽter cũ hoc respectu donatio minime ualeat, est dicendum ꝙ donãs aduersus iuramentũ minime ueniat, & sic ratio. d. c. q̃uis cum simil. cessat. nam iu-

insinuatio

M

ramentum super impossibilibus non tenet.d.l. nõ
47 est obligatorium de regul.iur.in.vi. ¶ Exemplũ
aliud poni posset in eo qui paciscatur de non cedẽdo bonis, & sic ut personaliter pro debito capi possit nam pactum iuramento firmatur dic iuramentum obseruat͛ nisi notoria paupertas eius esset qa tunc iuramentum non ligat, sicut nec filium iurantem alimenta non petiturum, Federicus in cõsilio decimo, quem Corneus hic sequitur.

¶ EXPLICITIS dictis decem conclusionibus que non tantum in iuramento minoris, verũ tamen & in cuiuslibet locum habent. Reddeundũ est ad nostrum textũ in eodem uerbo contractus.
48 ¶ Queritur hic per Bar. & doctores. An ad hoc vt minoris iuramentum beneficium etatis tollat hoc est in integrum restitutionem, eius certioratio requiratur. Dyn. requiri consuluit, idẽ Cyn. in. l. ii. de rescind. uendit. Albericus hic Ioan. And. Anto. de Butr. & Cardinal. in. c. penul. de empt. & vendit. per eum tex. iuncta. l. fin. ff. qui satisd. cogant. ubi sequitur eos Bal. & Salyc. in. d. l. ii. Bal. & Roman. in. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Imol. in. l. sciendum de uerborum oblig. quã opin. Corneus hic dicit satis equam propter multas deceptiones que contra minores fiunt queuis ipse aliter tenuerit. ¶ Contrariam uero partem Bar. hic tenuit, & in. d. l. ii. & in. d. l. sciendum. Bal. in. l. i. in fine de iureiur. dicens consilium suum approbatum a Mediolaneñ. Ang. in. l. sub pretextu de Trãsac. Dicens ꝙ ita cõsuetudo seruat Archid. Ioan. And.

Hostieñ.& Anchar.in.d.c. quãuis de pacti.in.vi. Imol.in.d.l.sciendum non firmat pedes, hanc eandem ibi Angel.& Cuman.Itē Rom.in.d.l. sciendũ & Saly.in.d.§.idē Iulianus, hanc Raphael Paul. de Castr.in rapet.hic & finaliter sequunt hos Corneus & Curtius referens ad plenum argumēta mouentur ultra Bartoli dicta ex generalitate nostri tex.& l.i.ac.d.c.queuis &.c.cum contingat, & in.c.ex prescripto in fine ibi.& vxoris eiusdem de iureiur.iuncta regula Velleiani,ac magis communiter tenetur. ¶ Finaliter in puncto concluderem, q̃ in terminis.d.c.cum contingat.c.queuis.c. ex prescripto textusq; nostri ut communis magis opinio locum habeat, sed si minor ex contractu magnopere lederetur in eo de quo non fuit certioratus tenerem ne restitutio sibi denegari deberet.Cum eo casu iuramentum esse nullum dicerem, sic limitarem nostrũ textum. Nec obstat q̃ obseruari debet qñ sine salutis interitu seruari potest.d.c. & si Christus.Quia uerum in his de quibus obseruandis iurans cogitasse presumitur, secus ubi non presumatur, est tex.in.l.indubitati.i.de non numer. pecun. est tex.cum glo.penul.in.c.veniens & in.c.quintauallis de iureiur. sed qñ minor magnopere leditur non presumitur id obseruare iurasse argu.l. cũ de indebito.ff.de probat.Immo lesionē ignorasse igitur per iuramentum restitui nõ impedietur, sic aliã saluarem opinionem & intelligerem voluisse Cynum, cum loquatur in terminis.d.l.ii.Non obstat q̃.c.q̃uis quia presumitur ibi scisse paternam he

reditatem ex quo filius erat.l.in suis de liber. & po stum. Igitur & si maxime lederetur iuramentũ suf ficit. Non obstat tex.in.c.ex prescripto & in.c.cũ contingat quia fateor ne contractui mulier contra uenire possit ex capite legis Iulie. Sed tñ si lesa re stituetur (vt puto) in casibus ubi restitutio conce ditur, nec eorum argumentum obstat, uidelicet iu ramentum extendi ad omne ius descẽdens ex facto super quo iuratur.d.§.idem Iulianus, Quia uerum in fauorem iurantis ut ibi. secus in odium quia nõ presumitur vt supra & presumptio presumptione contraria tollitur, tex.est cũ glo.in.c.tuam de spõ sal. Nec obstat ꝙ sufficiat in genere cogitatum qa negarem cogitatum esse per modo posita. Nec ob stat ꝙ iuramentum esse quem maiorẽ representet. Quia procedit in cogitatis, non autem ubi verisi militer cogitatum non presumitur, alias dicẽdo se queretur ꝙ iuramentum iniquitatis vinculũ esset contra tex.in.c.quanto de iureiur. cũ vulgar. Pro hoc Bal.in auc.si Captiui de Epis.& Cler. Dum di cit ꝙ stante statuto ut habens.xviii.annos pro ma iore reputetur per hoc non sibi tolli beneficium re stitutionis ꝙ notandum & in regno, ubi extat. Ad hoc glo.ubi Bal.in.l.vnica.i.si de nomen. possess. Item esset contra equitatem positam in.l.i.ff.de mi nor. Nec obstat si diceres ꝙ stante opin.ista seque retur minoris iuramentum frustatorium esse con sequenter textum.in.l.i.& in auc. nostra inaniter loqui. Cum dicerẽ leges has procedere vbi minor fuerit certionatus, & sic eas intelligerem, probo nã

finalis ratio harum legum est periurium ne committatur siue perfidia, sed ubi talis lesio fuit nõ presumitur cogitatum superius ut dixi, non igitur dici poterit periurium fieri ubi cogitatum neqoaq̃ fuerit, Consequenter leges iste in casu tali cessant, ex ratione cessante, c, cum cessante de appell. l. adigere, §, quamuis de iure patron, cum vulgar, facit quia tex. hic odiosus reputatur ut circa princ. doctores dicunt, Ita q̃ Henricus eum tollere decreuerat vt recitaui merito restringendus, & ex aliis rationibus, vt per doctores latius dictũ fuit circa le-
49 gis principium. ¶ QVERIT glosa vtrũ tex. iste locum in contractibus habeat, ubi ex vna tantum parte oritur obligatio, Bar. etiã dicit affirmatiuam videas eum, dum vero loquitur de turpi cõtractu distinguas per. l. non est obligatoriũ de regul. iur. in. vi. & per suprapositas cõclusiones, ac dũ firmat nostrum textum extendi debere fauore anime uerum dicas, nisi ad casus in quibus uerisimiliter non est cogitatum, & nouissimi sequũtur eum.
50 ¶ QVERIT Bar. an tex. hic in distractibus locum habeat, ex eadem ratione dicit affirmatiuã. Idem Bal. & Ang. in. l. si qs emptionis de prescrip. xxx. annorum Bal. in plerisq; locis vt hic per Curtium & communis opinio est. Que (vt puto) fallit vbi statutum esset ut mulierum contractus uel minorum iuramento firmentur nam tunc distractus non caperẽtur. Si dicere volumus ne statutum frustratorium reddatur stante auc. ista adduco Bal. in. l. i. in fine. i. si aduer. donat. dicentem donationes &

refutationes quas faciunt mulieres. Iuramento nõ firmari, ubi statutũ staret ꝙ mulierum contractus iuramẽto firmentur. ¶ Et aduertas ꝙ fallentia hec locum habere videtur intelligendo tex. istũ & vbi contractus iuramento firmatur. Quia tunc prefatũ statutum frustatorium redderetur, nisi diceremus statuentes voluisse ius restringere ad solummodo cotractus. Secus videtur intelligẽdo tex. istum vt solum uelit iuramentum obseruandum esse superius ut tenui pro ueritate, non autem ut minorum contractus firmet. Nam tunc si statutum staret minorum contractus iuramento firmari nõ redditur frustatorium ut per eos, cum operetur ex quo lex in talibus tantum dixit iuramentum obseruandum esse statutum auxit ꝙ immo contractus iuramẽto firmentur. Importantiam & differentiam superius diximus. ¶ Nihilominus & legem nostram intelligendo communiter ut uolunt videlicet iuramentum firmare contractum, dicerem statutum ꝙ si staret contractum iuramẽto firmari, ad distractus nõ extenderetur, & cõtractus improprios. Probo, Nã ratio qua mediante doctores tex. hunc extendunt est periculum anime. Considerant.n. duo primum est odiosum videlicet, quia per hanc legem corrigũtur iura & titulus de rebus eorum ac minorum patrimonia destruuntur auferendo beneficium vt hic per Bar. Secũdum est fauorabile videlicet nec anima pereat propter ꝙ extendunt ad distractus, & magis considerant cum anima rebus preferẽda sit vt idem Bar. & omnes, sed ratio fundamentalis

hec tantum in iuramenti obseruatione uiget, non autem in confirmatione contractus, ut per te cogita, igitur dicendum ꝙ in statuto confirmante contractum fauor dictus cesset, & remaneat odiũ hoc est ratio primo dicta consequenter ne statutum de contractu tantum dicens extendi possit ex regul. odia de regul. iur. in. vi. cum concord. ¶ Ideo tibi facio conclusiones intelligendo. l. nostram, & in. d. c. quamuis. c. cum contingat, cũ simil. vt dicant tantummodo iuramentum obseruari debere, ꝙ si statutum dictum staret videlicet contractum iuramento firmari tunc si per minorem distraheretur uel fieret quasi cõtractus absolutio peti posset a qua obtenta distractum annullare non prohiberetur, ex quo iuramentum tm̃ contractum firmat cum statutum sit odiosum extendiq; nõ debeat. Ad hoc Bar. in. l. si quis maior de Transac. sed si cõtraxisset absolutio non sufficeret quia contractum ꝙ semel iuramento firmatum fuit non posse amplius retractari dicunt, Curtius hic numero. 34. post Bar. & oẽs, sed non sic erit qñ statutum diceret ut iuramẽtum in minorum contractibus obseruetur, tunc. n. intelligendo legem nostram quomodocunq; uelles frustatorium statutum erit, quia dicere nõ possumus ut Canonum ius restringat ad tantummodo contractum cum disponere de re spirituali non pertineat ad ciuile ius. c. fin. ubi Ioan. Andr. in nouell. de foro competent. lib. vi. in concernentibus. n. animam ius ciuile canonico cedit sicut & iuri diuino, notatur in. c. ii. de regul. iur. in. vi. igitur, & cetera.

51 ¶ QVERIT glo. Quid si iurauit quis gene-raliter contra testibus non uenturum contra pro-missionem siue contractum cum Titio fiendum, iu-ramentum ualere concludit idem Bar. ¶ Ex cuius uerbis duas habes conclusiones unam ualere iura-mentum generale, alteram contra testibus absente parte iurari posse taliter q absenti parti proderit. Nihilominus primam dependere dicit ab hac secũ da, & quoniam in secunda Bar. hic dicit affirmati-uam ex ratione quia iuramentum est quedam rati ficatio que absenti prodest. l. Pomponius cũ glo. de negoc. gest. cum quo Fulg. cum Dei presentia sufficiat. c. ii. de iureiur. in. vi. in ratione sui, igitur similiter primã firmat. ¶ Contrarium uero Cyn. hic, nisi & in iudicis manus uel psone publice (ab-sentis nomine) recipientis prestitum fuerit, quo ca su restitutionis beneficium tolleretur. ¶ Et cõtra glo. & Bar. tenuit Salyc. hic per textũ nostrum dũ dicit super contractibus, q est denotare parũ ante uel post iuramentum prestitum. Item quia minori renunciatio hec tolleret defensionem, igitur gene raliter facta q minime ualeat. d. §. quesitum, ut in glo. Item quia negari non potest qn induceret cõ fusionem, & indiscretionem, contra tex. in. d. c. & si Christus, igitur, &c. ¶ Finaliter Paul. in repetitio ne hos pacificare conatur q aut contractus inuali dus erat. puta sine decreto uel curatore, locus erit Cyno. cum & in fauorabilibus nõ queratur absen ti, nisi p eo quis recipiat ut per glo. sing. in. l. illud C. de sacrosanct. eccle. Aut ualidus erat. Sed cum

aduersus

aduersus restitui poterat: & tunc per iuramentum restitutio tolletur, ut glo. Bar. voluerũt. ¶ Latius tamen declarando tu dicas: ꝙ aut loquimur iuramentum an confirmet contractus futuros, & negarem argumento. l. decem de verb. oblig; nisi adiicerem uerba, ex nũc prout ex tũc de quibus Cepoll. in sua cautela. 249. seu. 146. An uero si super futuris obseruari debet & placet mihi Bartolus. ¶ Non obstat Paul. in primo membro cum vbi periculum est anime contractus ualiditas non attendatur, solummodo. n. iurantis promissio Deo facta considerari debet. d. c. cum concord. & uidetur tex. in. l. supra proxima ibi periurii. Nec obstat si absenti nõ queratur. Quia dicerem ꝙ per indirectũ quis promissa consequitur iurantem dum astringit obseruare Deo: non directo taliter ꝙ per iuramentum quis obligationem sibi quesierit, & in hoc adduco glo. in. c. ex literis in uerbo sub, &c. in fine ibi directe de sponsal. Verum est ꝙ casu isto petens absolutionem absq; dubio obtineret contractusq; nullus remanebit. ¶ Sed si essemus in secundo Pauli membro nequaq̃ dicerem ut absolutionem obtinere posset, nisi magnopere lesus esset, quo casu iuramentum non operatur ut dixi, ad articulum illum, videlicet an requirat᷑ Certioratio. ¶ Reuocatur in dubium an iuramentum tale prosit absenti parti doctores concludunt affirmatiuam, & maxime Canon. in. d. c. cũ contingat ꝑ glo. in. c. quoties cordis. iii. q. vii. & ponit etiã Anchar. in. c. i. de iureiur. ¶ QVERITVR per Doctores an tex. hic

locum vendicet ubi minor iurauerit seruare cōtra-ctum ab alio super sua re factum Ang. in auc. de nuptiis. §. sed ꝙ per glo. ibi concludit affirmatiuā, similiter Corneus hic per nostrum tex. dum simpliciter dicit super contractibus rerum suarum, nec distinguitur a se factis, & hanc sequitur Curtius, mihi dubium oritur per precedentem legē que loquitur in contractibus ab eo factis, ad cuius continuationē uenire videtur tex. iste, pro quo adduco Bal. & Salyc. ut supra retuli circa principium repetionis, ibi, queritur iuxta predicta. Nihilominus opinionem supradictorum tenerem ex rationis identitate que est periurij timor.
53 ¶ QVERIT vltimo glo. minoris iuramentum an eius actum in iudicio sine curatore ualidet, & ponunt affirmatiuā, Bar. & communiter quia quasi contrahitur. l. licet. §. idem scribit. ff. de pecul. in quo cum cōtractu de quo hic a pari proceditur. l. omnē. ff. de iudic. Nec obstat. §. Sticum quia iudicium est necessarium nō per hoc iuramentum. Nec obstat auc. decernimus quia ibi esse propter specialem prouisionem Curtius dicit, Conclusionem veram affirmabis, & si generaliter in principio iurasset iudiciarios omnes actus seruaturum, vt Corneus hic & Curtius. Mouetur ex conclusione superiori relata dum de generali iuramento communiter firmarūt, quicquid Paul. in Repet. dixerit in quolibet actu iurari debere. Nam iuramentum non se habet ad contractum per modum solēnitatis, nec iure cauetur ut actus tempore interueniat, Corneus ideo non solum ut

ſupra, ſed etiam ſi ſolum in litis conteſtatione iura ret concluſionem veram eſſe putat, quia non dũtaxat ſuper litis conteſtatione iuraſſe cũ parũ eſſet, ſed ſuper toto iudicio uideretur. ⁋ Aduertendum tamen eſt ꝙ aut preſupponimus in hac lege iuramento confirmari contractum & locum non habet ꝙ modo dixerunt probarem ex regula. l. decem de verb. oblig. ut in penul. queſt. ſupra dixi, & in hoc Paulũ ſaluarem vt in quolibet actu iuretur. ⁋ Aut preſupponimus hoc in tex. contractum non firmari. ſed iuramentum obſeruandum eſſe vt veriorem puto, & tũc rationem gloſe Bartoli communemꝙ ſupra relatam bonam eſſe minime dicam. Quia tãtummodo periculum conſideratur anime que ratio fundamentalis eſt. d. c. cũ contingat, cum ſimil. & ſupra. l. proxima ibi periurium ex eadem igitur ad actus iudiciales eſt arguendum, & nõ quia qua ſi contrahatur, &c. ut ſupra. ❡ Propterea inferam hic male ſentire Corneum dicentem ꝙ (quia in litis conteſtatione tantum & in ſententia quaſi con trahitur, & non in aliis actis) ideo ꝙ in aliis tex. hic minime procedat. Nam concluderem in omnibus habere locum ob anime periculum euitandũ. ❡ Item infero contra Curtium hic indiſtincte dicentem elegãtem Cautelam & optimam ꝙ litigãs cum indefenſo minore ipſum iurare faciat de non ueniendo contra iudicium. Quia tunc iuramentũ eſſe maiorem repreſentabit. ꝙ abſꝙ dubio firmat ubi notarius ut publica perſona iuramentum tale reciperet. ⁋ Tu vero dicas ꝙ quando maior iurat

contractus confirmatur seu actus iudicialis ita q; a iuramento non potest absolui nisi fuerit dolose metu cum causa uel uiolenter actum, & tamen si iu rauerit minor absolutio conceditur eo ipso quia si ne Curatore contraxit & enormiter inueniretur le sus ꝓ quo me.i.uideas numero.61.&.64.uides igi- tur cautelam dictam euerti posse facit regula.d.c. & si Christus, dum dicit de discretione. Item quia non debet esse vinculum iniquitatis, q; procederet si cautela staret faciunt superiora dicta, que posui, dũ incepi modo reuocemus in dubiũ in fine. Nec obstat si maiorem eũ representet quia uerũ sic stã- tibus rebus, non tamen q; ut maior si ipse minor iu ramento ligetur ut uolebat nam in maiore confir- mat uel est obseruandum, secus in minore saluarẽ dominũ meum ubi nõ enormiter minor lederetur. Item infero contra Bartolum in consil. incip. Ber- nardus bene Curtium hic tenuisse, uidelicet in iu- ramento decisiuo de presenti sicut in eo q; in futu rum tractum habet de quo hic procedere huius te xtus dispositionem ex rationis identitate. Item in- fero minoris iuramentum super confessione sua si militer operari sicut supra diximus & a iuramento absolui debere si absq; Curatore sit cõfessus & lo quor in ciuilibus & criminalibus. Queritur an Cu rator auctorizare minori cogi per iudicẽ possit vt in criminalibus confiteatur Bal. hic post Iac. But.
94 negatiuam dicit. ¶ MODO inferam post doct. quid si primo iurauerit minor se non alienaturum sine iudice curatoreue, Demum sine his cum iura-

mento alienauit, an teneat alienatio : communiter negatiuam dicunt ob singularem glo. quam sequũ tur Hostieñ. & Ioan. Anto. in nouella. c. licet mulieres de iureiur. in. vi. Bar. in. l. si quis pro eo in tertio princ. mẽbro. & in. l. is cui bonis de verb. oblig. specul. de empt. & vendit. §. iii. versi. quid ergo Aretin. in. §. fin. inst. Quibus alie liceat. Cum aliis adductis vt hic per Curtium, ad ꝙ bonum allegat textum in. c. intellecto de iureiur. ¶ Quam conclusionem post Docto. in. d. c. intelligit, ipse veram ubi cum primo iuramento legis prohibitio concurreret, quia sic in. d. c. licet mulieres glo. loquitur. ¶ Sed aduertas ꝙ quando prohibitio non concurrit. Alienatio valet non ex iuramento secundo cũ illud nullum sit ex ratione glo. in. d. c. intelle. ibi, si vnus contrariorum est bonum relique est malum. viii. q. i. c. sciendum. Sed ualet quia prohibita non reperitur, & sic limitatio doctorum quamuis in se uera bona tamẽ nõ uidetur cũ extra terminos, &c. Nam querimus an secundum iuramentum operet᷑. Item ꝙ dixi valere talem alienationem verum putarem nisi emptor vel is in quem alienetur iuramẽ tum tale primum sciuerit argumento regule, qui causam damni dat. de reg. iur. in. vi. nam talis quia sciret perinde haberetur (vt credo) ac si ipse in periurium incideret: super tali contractu sic nullius vt sit momenti, tãq̃ in fraudem Dei factum & contra Deum. d. l. non est obligatorium, maxime si contractus ei utile esset, cum dolus eidem patrocinari minime debeat. l. prima. ff. de dolo cum vulgar.

¶ Secundo limita nostram conclusionem procedere nisi emptor uel is in quem alienatur iuramentũ ignoraret. Quia tunc alienatio secunda cum iuramento teneret, Bal.in.d.c. cum contingat.ix. col. Curtius hic per tex.in.l.ut liberi.ff. de contrahen. empt. ꝙ verum intelligas respectu cõtractus ne sit nullus, ex eo tamen dominium non transfertur sicut traditur in.d.l.liberi, sed ex tali cõtractu quis agere ad interesse poterit, sicut in.d.§.fin.traditur, ꝙ nota. ¶ Tertio limita ne procedat ubi iuramentum primum a se ipso sic nudum prestaretur de nõ alienando. Sed tunc demum procedere possit cum ab eo cuius intersit prestitum fuerit. Exemplum in eo qui alicuius bona Ipothecata habeat, & ab eodem iuramẽtum peteret, sic Bal.in.l.duobus.§. fin. ff.de iureiur. Quem Curtius hic sequitur. Sed aduertas ꝙ ratio illa ne uidelicet in periurium incidat & rõ.d.glo.in.d.c.intellectu viget in vtroqꝫ casu. Item faciunt superiora dicta videlicet iuramentum & absente parte prestitũ ligare. Sic igitur cõtra Baldum concluderem. Nisi eum saluare velles in casu quo ueritas in hoc textu esset, vt per iuramẽtum contractus firmetur. Quod nequaq̃ rerum puto milies ut dixi. Nam hic disponitur tantum iuramentum obseruandum esse, igitur quando primo iuraretur sua non interesset. si tamen iuramenti secundi tempore interesset allegare primum poterit ad secundi destructionem & inualiditatẽ. ¶ Quarto limita ne procedat ubi generaliter & in nullius manibus iuramentũ fuisset prestitum, sed tunc de-

mum cum in manibus alicuius,& ad illius commo dum.Sic singulariter Bal.in.d.c.veniens in fine de iureiur.Quem Curtius hic sequitur, sed ex dictis in proxima uidetur hanc stare non posse cum iura menti uinculum sit dum obligatur deo, nec atten datur in cuius manibus prestitum fuerit, sed iuran tis tantummodo mēs & anime periculum.d.c.cum contingat,cum simil. ergo cum primum iuramen tum ligauerit sequitur secundum stare non posse ex expresse glo.tenuit cum allegatis in.d.c. intel lectu.Insuper te aduertam ꝙ in predictis conside rādis attēdas in terminis regule siue conclusionis.

55 ¶ In eodem tex.in verbo contractibus capias per Bal.& Salyc.hic post Cyn.& per Alex. consi.160. visis capitulis,& sequitur Curtius hunc tex.nō ha bere locum in ultimis uoluntatibus cum non sint contractus.Item locum non habere in dependenti bus a libera uoluntate.Puta iurassem non reuoca turum procuratorem. Nihilominus reuocare pote

56 ro glo.singularis est in.c.fin.de procur. in.vi. Bar. in.l.cum precario.ff.de precario Curtius hic & ui dendus est Alex.in.d.consil. Quod procedere non uidetur propter precedentia dicta, obligationem uidelicet attendi que Deo principaliter fit. Vndè conclusionem hanc ueram intelligerem quando ex causa iusta motus quis procuratorē reuocare uel let puto quia se falso gerat uel gerere ullo mō non possit.Nam tunc ex iuramento quis non ligatur, cū in iuramento casus non uerisimilis uidetur ex ceptuatus.l.fin.i.de const.pecun.cum vulgar. & sic

casus in quem procurator male administraret, sed si procuratori quid imputari non posset pro certo tenerem ꝙ iuramentū liget rationibus ubi supra.
17 ¶ IN TEX. ibi custodiantur habes glosam uolentem hoc uerbum importare actionem & exceptionem. l. statuas de acquir. rerum domin. ꝙ plerisq; satis notatur, & uerum est in terminis eius, uidelicet presupponendo contractum iuramento firmari. hoc est quando contractus nullitas per iuramentum tollitur & remanet firmius sicut magis communiter intelligunt textum nostrum, & in. d. c. cum contingat, &. c. quamuis cum simil. ¶ Quid autem sit secundum opinionem ueriorem ut puto, uidelicet his iuribus non firmari contractum, sed iuramentum obseruandum esse an uidelicet ex iuramento tunc actio nascatur, & dicas per Bar. in. d. l. si quis pro eo, per Bal. in. l. i. de operis libert. ꝙ si loquimur iure ciuili ex iuramēto nulla oritur obligatio nec naturalis ut Bar. ibi probat. & communiter legiste uolūt ut Imol. tradit in. d. c. cum contingat in. 9. cart. ¶ Per hoc infero contra glo. hic ut uidelicet uerbum custodiantur nō illud importet ut uoluit actionem uidelicet & exceptionem, sed solū officium iudicis, ex quo sumus in iure ciuili. ¶ Aut iure canon. & sunt opiniones, Innoc. idē uoluit in. c. nouit. extr. de iudic. Dicens per denunciationem euangelicam tantum quem cogi posse ad obseruantiā iuramēti. ¶ Sed ꝙ immo detur actio tenuit Ioā. Anto. quem sequitur Bar. in. d. l. si quis pro eo, post Archid. in. c. quicunq;. xii. q. ii. per tex.

in. c.

in.c.iuraméti.22.q.v. & quia iuramenti vinculum fortius est nudo pacto.d.c.debitores,ex quo pacto actio datur.c.fin.de pact.merito magis ex iuramẽto dici debet. ¶ Idem Dñs Anto. tenuit in.d.c. cũ contingat.Ita declarans ꝙ videlicet ex iuramento duplex obligatio nascatur. Principalis Deo.d.c.& & si Christus,& secundaria parti per notata in.c. cordis oculus.i.q.vii.est glo.ibi,verbo,& per te in fin.nisi ex recipiẽtis parte turpitudo versetur.d.c. debitores. ¶ Sed Imol.finaliter quẽ sequitur Corneus concludit competere tantum officium iudicis per tex.in.c.fin.de foro competeñ.in.vi. in verbo compellant.Cuius natura est iudicis officium importare ut Bar.notat in.l.i. de cõdit.ex lege. sic non obstat tex.in.l.statuas.Nec obstat tex.in.d.§. quicunq;.Cũ non loquatur(dicit) de solo iuramẽto sed de promissione.sed quia replicari posset per secundum supra fundamentum Archid.supra relatum.Dicas illã glosam loqui respectu anime patet ex ibi allegato tex.in.d.c.iuramenti,ubi ratio datur quia os ꝙ mẽtitur occidit animã, & sic de obligatione principaliter Deo.d.c.& si Christus, Que non parit actionem ut cuiq; patet. Accedat doctrina Bar.in.l.non solũ.§.liberationis de liber.legat. Nec obstat secundum fundamentum Archidiaconi,quia dicit Imol.textum in.d.c.i. de pactis dum dicit custodiantur,intelligi debere per officium iudicis.d.c.fin.quod affirmo cũ loquatur habito respectu anime moueor per glo.Mag.in fin.d.c.i.dũ se refert ad.d.c.iuraméti ubi de aĩa vt supra posui.

¶ Et aduertas dũ dixi per officium Iudicis. Quiã intelligo ecclesiastici, nã cum solummõ vinculum supersit anime ne pereat non auté obligatio partis Ecclesiasticus non Laicus Iudex adiri debet. d. c. nouit de iudic. cũ vulg. ꝙ sic loquatur tex. in. d. c. i. patet ibi ecclesiasticã disciplinam. ¶ Vel si vis intelligere illum tex. quo ad vinculũ tẽporale. Corneus hic respondet ꝙ illud dictum, videlicet iuramenti uinculum fortius nudo pacto esse procedit respectu anime. d. c. debitores non temporalis uinculi. Nam tunc pacti uinculum fortius iudicari dicit. Patet cum in pacto duorũ cõsensus requirat̃ iuribus vulg. ꝙ minime in iuramẽto est, hinc sequitur ex nudo pacto naturalem obligationem nasci, non aũt ex iuramento. d. l. si quis pro eo. Que consideratio satis mihi placet, & finaliter ipse concludit opinionem Bartoli cum sequacibus procedere posse, ubi cũ iuramento consensus alterius partis expressus uel tacitus adhiberetur vt in. d. c. cũ contingat. c. licet, cum similibus in quibus comprehenditur tex. noster, & saluaretur glo. Idem uidet̃ uel le Paul. in Repetit. dum dicit ex iuramento iure canon. actionẽ nasci qñ parte presente prestat̃ alias secus. ¶ Postremo tu dicas hoc minime uerum esse. Probo per tex. in. d. c. fin. de foro competeñ. ubi cõsensus alterius partis erat & tamẽ, &c. ut supra. Ad quod Imol. non aduertit, & concludere in terminis. d. c. cum cõtingat cum similibus, nullã actionem nasci. Sed tantummõ secundariam obligationem parti. Quem cum debilis existat, & causatiue

procedat siue per consequentiam, dum Deo promis-
sa iurans seruare cogitur. Non dicetur actionem
producere posse, igitur officio iudicis opus erit in
omnibus predictis iuribus fortasse tamen religio-
nis fauor operaretur ut officium iudicis laici suffi
ciat, unde cogita quia tex. in. d. c. fin. contrariũ sua
det ibi, censura ecclesiastica. ¶ Et super hoc uerbo
custodiantur, Nota glo. ibi sed magis. Quia cõmu
niter tenetur si tradens erat dñs. Sin aũt secus &
opin. ibi precedens locum habet ut per Paul. in Re
petit. qui notabile colligit, ibi, semel re tradita. ꝙ
quis personalem actionem non amplius intentare
potest, postq̄ semel res tradita fuit licet tradenti re
uertatur quam actionẽ antea poterat. Nam tradi-
tio quem a personali actione liberat, facientias po
58 nit Corneus. ¶ IN TEX. ibi per uim autẽ
uel iustum metum, Doctores ex his uerbis uolunt
ꝙ si metus non esset iustus de quo tex. habes in. l.
interpositas supra de Transac. tũc huius tex. i. pars
locum haberet, & argumentum sumunt ex hac se-
cũda parte per contrariũ sensum. Ita Bar. Bal. in. §.
iniuria de pace iuramento firmañ. Raphael Ang.
& communiter hic, ex quo habes uerbũ sponte hic
positũ uerificari & si metus interueniat non iustus
ut supra. ¶ Curtius uero dicit preceptorem suum
tenuisse contrarium videlicet sponte dici nõ posse
qñ per iudicem ad iurandũ quis compellatur per
tex. in. l. si quis maior supra de Transact. quem se-
quitur ad secundam partẽ huius tex. replicat ꝙ q̄-
uis dicatur ibi iuste meticulosum nullius momen-

ti eſſe, non per hoc ſequitur ut meticuloſum nõ iu ſte ſit inuiolabiliter obſeruandum, ut in prima par te ſic igitur negari poteſt, ut prima pars locum habeat quoties ſecũda ceſſat & a contrario ſenſu. ¶ Nos tamen cũ communi opin. tranſeamus a cõ trario ſenſu uerborum nullius momenti, ergo ſe quitur ꝙ meticuloſus quis iniuſte alicuius momẽ ti eſt. Si alicuius dicendũ eſt obſeruari debere vt in prima parte textus. Quia inter iuramentum nul lum, & iuramentum obſeruandum non reperio da ri medium. Immo non dari probatur ex ratione, ui delicet periculum anime, ꝙ ſemper uiget, ſi tamen iuramentum non ſit nullum. Quam concluſionem de iuramento meticuloſo Paul. hic dicebat veram iure ciuili, ſecus canonico, quia tunc aliquid. Adeo ꝙ abſolutio neceſſario fieri deberet ex quo iurans auctoritate propria iuramentum ſpernere non po teſt. not. per Innocent. in. c. venerabilem de elec. Ar chidiac. in. c. ii. de pactis. in. vi. examinat per Imol. in. d. c. cum contingat, ſed Curtius contrarium hic dicit. Probat quia ſi iure ciuili nullũ eſt multo ma gis canonico dicendum. Cum ſpiritualis iuris ma teria pleno iure frui debeat. Nec obſtat ſi quoti die abſolutiones impetrari videamus. Quia ſit ra tione dubii anteq̃ ſit probatus metus. Nam ſecula ris iudex per eccleſiaſticum iniberetur ſi contra iu ramentum quis metu preſtitum adiretur ſit igitur
59 ad cautelam. ¶ Ex quibus mirabiliter habes metũ operari nullitatem, ꝙ contra iuris regulam tu ui des, Nam ſtipulatio metus cauſa facta ualet, licet,

ex titulo ꝙ metus causa per exceptionem rescinda tur. In iuramento tamen exceptio non expectatur quia nullum. ¶ Diuersitatis ratio per doctores diuerse ponitur. Primo per glo. in corpore ꝙ iuramẽtum debile sit magisq̃ stipulatio, non satisfacit, secunda per Bal. ibidem ne sit uinculum iniquitatis, iuribus vulg. Tertia ratio quia libera uoluntas in iuramẽto sicut in matrimonio eiusq; accessoria do te debet esse. l. penul. §. si dos, cum glo. ꝙ metus cã. Quartã addit Curtius quia iuramentum spirituale quid est, ubi de substantia requiritur puritas cũ in eo religio contineatur, & ne dolus adsit, ꝙ Paulum sentire dicit. Mihi videtur ꝙ iste tres omnes in vnum recidant uidelicet ne uinculum sit iniquitatis, ratio rationis quia religio continetur in eo.

60 ¶ QVERITVR Quid si dolo minor ad iurandum inductus fuerit glo. in corpore dicit hũc textum non habere locum. Idem hic Salyc. Corneus, & Curtius. Mihi videtur tex. in. d. c. cum cõtingat, ibi nisi dolo; sic nullum erit iuramentum. ¶ Quod intelligas in dolo commisso ab alia parte tantum secus si & ab ipso iurãte, quia nemini suũ dolus patrocinari debet. Item cum dolo dolus cõpensatur Bar. in. l. si ulterius. ff. si minor se maior dixerit.

61 ¶ QVERITVR an ex enormi lesione dolus presumatur. ita ꝙ iuramentum super cõtractu prestitum sit nullum ut modo dictum est. uel si non esset nullum an absolutio saltim concedi debeat; Legiste Doctores magisq; canoniste super hoc maxime dubitarũt diuersimodeq; conclu-

derunt. Quorum si dicta recitarem pro certo cuilibet tediosus essem. ¶ Breuiter eundo per conclusiones dic. aut loquimur in maiore iuramentũ ligat ita q̄ absolui non debet glo. Bar. Bal. & Doct. in. l. ii. de rescind. vend. Canon. in. c. penul. de empt. & vend. potissime crederem, quia si aliter diceres iuramentum frustatorium redderetur, sic ipse Deus contenderetur contra vulgaria cum sine iuramēto adiuuari poterat ex. d. l. ii. ut igit̃ opet̃ dicas, &c. Dum autem adducebant q̄ iurans super facto & super omnibus concernentibus illud iurasse videtur. l. si duo. §. idem Iulianus de iureiur. mihi non placet ubi esset iurãtis odium ex regula q̄ in iuramẽto minime ueniũt que uerisimiliter quis cogitasse non presumatur. l. fin. de non num. pecun. cum concord. nam dictus. §. loquitur in iurantis vtilitatem. ¶ Sed aduertas q̄. d. regula stringit cõtra cõclusionem, unde intelligas eam & procedere dicas, nisi frustatorius actus redderetur, q̄ nota argumento dictorũ Bar. in. l. iiii. ff. de re iudic. eo magis q̄a sperni deus uideretur, & sic dicemus in casu nostro ne iuramentum frustatoriũ sit, ut supra, &c. Textũ in hoc addas in. d. c. queuis ibi toties obseruari debet quotiens absq; salutis interitu potest. Nec obstat ex lesione magna presumi dolum & iusta causa presumendi subest ut glo. dicunt in. l. omnes. §. Lucius. ff. que in fraud. cred. quo casu iuramentum dicitur nullũ ut supra. Quia Corneus negat ubi suo facto quis ledereť in re qua lesus uerisimiliter maiorem notitiam habet q̃ ipse ledens argumento. l.

quisquis eodem titulo de rescind. vendit. Nec obstat. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati quia presupponitur ibi dolus ex ꝓposito, nec loquitur in dubio sicut nos. Item loquitur in dolo tertii, sic alterius, qui ut bonus vir actum respiciētem alium agere debuerat, sic etiam loquitur tex. in. l. societatem in. §. arbitrorū. ff. pro socio, & in. d. c. quintauallis. Nec obstat iuramētum iniquitatis uinculū non esse debere, quia non est ubi dolus ex proposito cessat, vt Corn. hic. Preterea dic illud qn̄ inique cōtra naturalē equitatem, non cōtra ciuilem eo maxime cum hic ex iurantis facto procedat: ad hoc. c. debitores
62 de iureiur. c. significante de pignor. ¶ Conclusio modo fortius procedit ubi iurans addidisset generalia uerba, videlicet non contrauenturum ex ali
63 qua causa. ¶ Item specialia uidelicet non contrauenturum ratione lesionis enormis. Quam nostrā conclusionē limitarē ne procederet ubi lesio plusq̄ enormis esset, puta minus quarta ueri pretii venderetur. Nam tunc ex quo iuramentum in enormi lesione uerificari potest, nec superfluum redditur. In enormiori dicerem regulā dictam habere locū uidelicet in iuramento nō venire verisimiliter nō cogitata, uel saltim dicas in isto casu absolutionē cōcedi debere per ea que Dn̄s Nichol. in. d. c. cū contingat. 31. & 32. col. dicit, ubi vult ꝙ si maior iurasset etiam dicendo non contrauenturum ratione lesionis enormis. Poterit contrauenire saltim absolutionem impetrando, si enormissime lederetur, hoc idē tenuit Ang. in Repetit. sua que incipit. Duo li-

tigantes, distinguendo lesionem enormẽ, enormio rem, ac enormissimam, ꝙ uerum si est pulcherrime uideretur inferri posse ꝙ qñ simpliciter quis renũ ciat beneficio. l. ii. de rescind. uend. renunciasse in telligatur quo ad enormẽ non autẽ lesionem enor miorem. In hoc tñ dicerem ꝙ ei qui renunciat suc curri nõ posset conditione ex. l. illa nec ordinario iure sed magis offõ iudicis ex equitate ad similitu dinẽ rationis. d. l. ii. ¶ Aduertas dum dixi ordina rio iure quia nõ obstat ꝙ supra de iuramento dixi per docto. dum actionẽ nasci dicũt cũ aliter tenue rim. Itẽ cum in renunciatione sit certum toto renũ ciatum esse non sic qñ simpliciter quis iurat ut su pra. Nec expressa renunciatio per iuramentũ appa ret, sed solũ coniectura que non sit odiosa restrin gi debet. l. odia de Reg. iur. in. vi. que restrictio sic non fiet in expressa cum incertis non certis locus cõiecturis existat vulgar. iuribus. ¶ Limitarẽ secũ do ubi non solũ enormis lesio sed alia uigeret con iectura doli, quia tunc ex cõiecturis dolus ꝓbatus erit, argu. l. dolũ. ff. de dolo. & l. i. ff. de doli excep. que ꝑ iudicẽ arbitrantur. l. i. §. i. ibi, & si iusta cã. ff. de dolo. Nã ex enormi tm̃ lesione non crederẽ pro batum dolum in ꝑsona maioris. Qui verisimiliter sua cognoscit, sed sic, si altera presumptio adiunge ret. Puta femina maior. xxv. hereditati paterne re nunciaret. Nam pro certo crederẽ si verisimiliter le sa fuit eã dicere posse iuramentum nullum, tamq; ad iurandum dolose ductam: probaretur ex pre sumptione que oritur ex lesione. Item ex eo quia

non antea viro tradita fuit sic vxorata ꝙ fieri de⸗
buerat, ut est tex. in. §. causas in auc. ut cum de ap⸗
pellatione cognosc. & renunciari per patruum uel
similem petitum erat ac per mulierem denegatum
de quo mulieris iuramento stari putarē in isto ca⸗
su. Nam ex quo mulierū cupiditas maxima est ad
progreandū: vt dicit tex. in. l. ii. de indicta viduit.
toll. & sexus fragilitate ducitur ut vulgaria dicūt,
pro certo doli presumptio nascetur, vt videlicet pa
truus vel alter nuptias dilatauerit ad hoc ut eam
cupientem induceret, ad iurandum, ꝙ maxime pro
cederet ubi blāditie seu deceptiones cōsanguineo
rum concurrerēt, ut Curtius in fine dicit uel ubi ꝑ
patruum seu familiā eius irrationabiliter verbera
bat, ut multotiens euenire solet, sic textū intellige
rem in. d. c. q̄uis de pactis in. vi. ibi nō vi, nec dolo
ponendo casum in patruo uel in gradu remotiori.
¶ Sed in patre prout loquitur ille tex. forsitan non
ex dictis duobus tm̄ presumptionibus dolus pro⸗
baret, quia paterna presumptio erga filios de qua
in. l. isti quidē met. ff. ꝙ metus causa p̄sumptiones
elidit alias. c. tuā de spōs. Deuiarē igitur in quest.
a Petro de Anchar. in. c. Canonū de cōstitut. in. xi.
question. dum hoc in vltimo casu requiri vult abso
lutionē nihilominus & cū eo transirem ubi cōcur⸗
rerent supradicta sed tn̄ petitum non fuisset ab ea
ut hereditati paterne renunciaret, quia tunc absq;
absolutione dicerem vt ne mulier liberaretur.
64 ¶ SECVNDA conclusio principalis erit in
minore qui super cōtractu iurauerit in quo enor⸗

miter Iesus inuenitur. ⁋ Et tũc dic aut simpliciter iurauit seruare contractum iudicarem respectu le-sionis enormis iuramentum esse nullum, & sic no-strum tex. in prima parte limitarẽ quia dolus eius qui cum minore contraxit percipitur ex duobus, ex enormi videlicet lesione argu. l. oẽs. §. Lucius. ff. q̃ in frau. cred. Item ex eo quia cum minore sine cu-ratore contraxit stante iure, ut in titulo de rebus eorũ, cuius ignorantiam allegare uanum esset vt p Bar. & doct. in. l. ii. de iur. & fact. ign. tanto magis quia ius tale in usu quotidiano cuilibet apparet ex presumptionibus duabus taliter probat̃ dolus. d. l. dolum, & argu. l. ubi numerus. ff. de test. maxime si blanditie concurrissent vt in precedentibus dixi quas iuramento suo ꝓbari puto quotiens enormis lesio patet. Accedat minor etas in qua presumunt leges ut quis bona sua administrare nesciat. §. itẽ maior instit. de excus. tutorũ, igitur dispositioni lo cus erit que in. d. c. quintaualllis de iureiur. nec ob-stat ꝙ ibi sit alterius factum, quia non ipsa, sed fi-nalis ibi ratio est ꝙ iuramentũ non trahitur ad ue risimilia, sed ignorata per minorem (ꝙ presumitur vt dixi) dici non possunt uerisimiliter cogitata ar-gumẽto. d. l. decẽ de uerb. oblig. maxime ubi enor mis lesio datur, igitur, &c. Accedat ꝙ quia fragili-tate ad contrahendũ eadẽ ad iurandum inductus fuit. Non obstat si argueres ꝙ secundum hoc ua-num & frustatorium iuramentũ esset contra. c. cõ-missa de elect. cum vulg. quia frustatorium esse le-ge cauetur sic responderem, est tex. in. d. c. quamuis

d.c.cum cõtingat,cũ simil.ibi per dolum igiť,&c. argu.l.Gracchus.ff.de adult.Preterea non erit frustratoriũ cum operetur in beneficio minoris etatis. Circa lesionem que non sit enormis ne videlicet beneficiũ intentari possit. Non obstat.l.si duo.§. idẽ Iulianus.ff.de iureiur. Quia supra satis in maiore responsum fuit.Que responsio multo magis in minore uiget in quo ignorantia presumitur, ut supra dictũ. Pro hoc est tex.in.l. Cũ aquiliana.ff.de trãsac.Ita sequor dñm Anto.in.d.c.cum contingat in iiii.casu. ¶ Secũdo aut minor generaliter iurauit puta nulla ratione uel causa contrauenturum similiter ut supra proxima: Concludit dñs Nichol.in d.c.cum contingat col.31.Motus quia verba ciuiliter intelligi debent & ab eis graues lesiones excipi argu.l.Aurelio.§.i.ff.de liber.legat.l. si creditor.§. Lucius.ff.mandat. ¶ Nihilominus quia uerborũ generalitas casus comprehendit omnes nec negare possumus quin in genere saltim euentum omnem cogitauerit in quem a iure subueniretur ut in alio proposito Corneus dicit,& quin magis deliberate in isto q̃ in superiori uerba protulerit & sic periculum uertitur anime.Concluderẽ ut iuramentum teneat: uerum ꝙ absolutio concedi debeat ne dolus contrahenti secum patrocinari uideatur. Itẽ quia fragilitate inductus presumitur ad iurandũ qua diximus ad contrahendũ.Immo si enormissime lederetur concluderem in casu isto necessariam esse absolutionem ꝙ etiã Corneus hic sensit. ¶ Contrariare tñ uidetur quia presupponimus dolum con-

trahentis cum eo quo ſtãte iuramentum uidet̃ nul
64 lum.d.c.cum contingat,vnde reſponderem genera
lem tibi dando concluſionem ꝙ ubi dolus ineſt ex
una parte ex altera uero ignorantia ſaltim preſum
pta,tunc iuramentũ eſſe nullum, ſic intelligo tex.
in.d.c.ibi dolo cũ concordã.& ſimilibus, ſed ſi ex
altera parte ſcientia daretur in genere ſaltim iura-
mentum tenere dicerẽ quia de eo ꝙ ſciuit eſt obli-
gatus Deo cum iurauerit obſeruare ꝙ ſciuit, Verũ
tamen abſolui debebit propter aduerſarii dolum:
ſed ſi cum ſcientia uis aut metus concurriſſet iura
mentum erit nullum.d.c.cum ſimil.& ſic intelligo
materiam. ¶ Tertio caſu cõcluſionis, uidelicet ubi
minor iurando ſpecialiter dixit non contrauentu-
rum ratione leſionis enormis, tunc iuramentum te
net quia pro certo cogitaſſe cenſetur ꝙ ipſe protu
lit. Verum ex cauſa debet abſolui ſi (puta) proba-
ret ſe dolo uel ſimplicitate ad iurandum inductum
& ad promittendum. Que probatio ſumitur ex le-
ſione ac ex eo quia minor, ut ſuperius in primo ca-
ſu dixi. Si tñ enormiſſime leſus inueniretur puta-
rem iuramentum eſſe nullum. Cũ promittendo non
contrauenturum ob enormem enormiſſimã exclu
dere cẽſeatur argu.l.cũ pretor de iudic. & maxime
quia nemo in ſui dãnum conſentire cenſetur niſi
quoquo modo probetur argu.d.l.cum de indebito
ff.de probat. ¶ Si uero iurando dixiſſet non con-
trauenturum & enormiſſime leſionis cauſa tunc iu
ramentum tenet & abſoluetur ex cauſa, ut ſupra.
¶ Similiter puto dicendum ubi iuraſſet illud ue-

rum esse pretium rei. ¶ Idem si dixisset ꝙ si plus ua let donat nam absoluetur ut superius, Quicquid Dñs Anto. in. d. iiii. casu. c. cum cõtingat, uidelicet iuramentum non tenere in casibus dictis, nã nega re non possumus quin iurans in genere saltim con sensum adhibuerit se obligandi sub Dei nomine igitur ut periculum euitet animę iuramentum te net: bene verum ꝙ absoluetur ut supra, fortasse do minus Anto. saluari posset ubi iurauerit minor ue rum esse pretium rei, nã ex quo de contrario patet illud uidelicet non esse uerum pretiũ, iuramentum falsum est consequenter nullum vnde cogita.

66 ¶ QVERITVR per doctores an iuramen tum per statutũ violari possit. Ita ꝙ obseruari non sit necessarium, Puta caueretur ne minoris aut filii fam. contractus etiam iuratus absq; tali solẽnitate obseruari deberet, Bal. in. l. oẽs populi, ff. de iust. & iure. & in. l. pactum de collat. Raphael hic Paul. Saly. c. Florian. in. d. c. cum cõtingat Anchar. in. d. c. Canon. xxii. col. tenet affirmatiuã. Ne videlicet iuramentũ liget potissime quia lex apostolici vim habet, notat per glo. in. l. adigere. §. quis. ff. de iure patron. & quia per partem fauore cuius emanatum fuit iuramentũ remitti potest. l. si patroni. ff. de ope ris libert. consequẽter p statutum, ut in rubrica de decret. decur. lib. x. Igitur cũ recipiens consensisse videat ex extantia statuti iuramentum non arcta bit. Quę opinio vera est ubi per Canones cõfirma tum esset. Hostieñ. & Ioan. Anto. in. c. quemadmo dum de iureiur. Sed si mere Laicorum statutum il

lud esset quis ex iusta cā mouerentur tñ opin. con/
traria preualeret. Cum iuramentū spirituale sit in
quo laici nō disponunt. c. nouit de iudic. nec Impe/
rator. c. uenerabilem de elect. c. Impator. 96. distin.
Sic Rayn. Bar. in. d. l. omnes Iacob. de Belu. Paul.
de Castr. & Corn. hic Dñs Anto. Imol. & Nichol.
in. d. c. cum cōtingat. ubi Ioan. Anto. Federicus in
consil. 272. ac magis cōmunis opinio est. ¶ Primo
fallit secundum Corneum ubi statutum interpreta
ret actum super quo interponitur ac interpretandi
iusta causa subesset: fundataq; in verisimili mente
iurantis. Nam cum iuramentum ex iurantis mente
intelligi debeat, sic interpretabitur ut principalis
actus. l. fin. de nō num. pecun. l. fin. ad municip. hoc
per eum limitatur ne procedat ubi re vera iurantis
mentem aliter fuisse probaretur. Nam tunc verita/
ti non iuris presumptioni statur in foro anime. Cū
deus ad quem respici debet. In occultis pro verita
te non iuris presumptione iudicat. c. a nobis de sen
tentia excomm. ¶ Fallit secundo qñ statutum seu
ciuilis lex ex causa presumeret dolum, ut per doct.
ubi supra, Donant exemplum in loco minores ubi
deciperentur. Nam si a communiter accidentibus
causam talē sumens, ut notatur in. l. neq; natales. i.
de probat. Introduxerit minorum cōtractus absq;
solēnitate tali presumi dolosos iuramentum super
his erit nullum, ut interpositū super dolo. Pro quo
facit secundum Corneum optimus textus in. d. l. fi.
de non num. pecun. dum ostendit presumptionem
quam contractus recipit operari etiam in iuramen

to & ibi Bal.& Doctores in.d.c.quintauallis. Que conclusio procedit fortius(ut Corneus hic) si statuto non mentionaretur de iuramento ex quo non tantum suspicaretur statutum in fraudem iuramenti factum esse. ¶ Limitatur fallentia modo secundum eum ne procedat ubi post iuramentum fateretur iurans contractum nõ fuisse dolosum. Nam ex confessione partis presumptio iuris & de iure tollitur,glo.doctoresq; in auc.de equal.dot. & habet in.c.is quidem de sponsal. Quod mihi non placet quia qua ratione contractum dolosum presumit. Eadem puto confessionem propter quam in iudicio quasi contrahitur ut diximus in.l.is apud quẽ supra de edend.nec.n.de extraiudiciali dicit cum illa parum seu nihil faciat. Item si vera limitatio esset quasi ludibrio statutum redderetur & inane cõtra vulgaria iura. Saluaretur fortasse Corneus in confessione postq̃ peruenisset ad maiorem etatem. ¶ Tertio fallit per Paul.hic in Repet.quo ad vires iuramento tributas de iure ciuili. nam ille statuto tolluntur,unde cum in tex.nostro pateat confirmari contractum stante tali statuto non confirmabitur,sed nudum remanebit iuramentũ effectus erit. quia Ecclesiasticus adiri debebit ut obseruetur nõ secularis iudex,ut Imola putabat. Quia secularis posset si uellet absoluere reum vigore statuti talis in tali casu corrigentem textum istum. nec teneretur in sindicatu secundum Corneum, quamuis iuramentum adsit & aliquod periculum anime propter,c,licet mulieres de iureiur. sed Ecclesiasticus

nullatenus absoluet ne anima pereat ipse igitur adeatur ut iuramentum obseruetur. ¶ Tenendo tamen opinionem meam ꝙ hic tex. cum similibus nõ operentur confirmationem, sed solum ꝙ iuramentum sit obseruandum fallentia inanis erit. ¶ Alius effectus est quia secundaria obligatio que oritur ex iuramento ac dirigitur in partem (secundum docto.) tollitur per iuramentum quamuis remaneat principalis qua Deo remanet obligatus, ut Dominus Antonius & Nichol. & sic respectu secũdarie saluarentur Bal. Raphael Florian. & Salyc. cum sequacibus ut supra. ¶ Quarto fallit secundum Corneum post Imol. 124. licet improprie quãdo statutum imponeret penam iuramentum recipienti quicquid Dominus Antonius dixerit in. d. c. Nam exigibilis erit. Immo si penam non imponeret & rationabiliter preciperet ne iuretur contrafaciens arbitraria pena puniri posset, (dicit Corneus) argumento notatorum per Iaco. de Beluis & Bal. in. d. l. non dubium de leg. Nec obstat ꝙ Ioannes Antonius in. c. statutum dicens matrimonium impediri non posse per statutum quia uerum ex quo iure diuino liberum esse debet. c. gener. de sponsal. iuramentum vero non sic. Immo ius precipit ne de facili iuretur. d. c. & si Christus, igitur, &c. pari etiam ratione statutum notario penã imponere posset ne stipularetur in contractu minoris uel mulieris cum similibus. Sed si penam imponeret vtenti contractum refert an quis agat ex capite iuramenti, vt videlicet obseruetur & in penam

tunc

tunc non cadit, aut ex capite cōtra ctus & mulcta-
bitur vt hic per eum quod nota. ¶ IN eodem
tex. ibi per vim secundum Bal. hic & in corpore nō
intelligitur de vi precisa; Puta sicut quando quis
violenter suam rem capit uel te de domo expulit
cum illa minime cadat in actu verbali, & iuramen-
to secundum Canon. in. c. sacris ꝙ metus causa, &
Ioan. Antonius in. c. verum de iureiur. ¶ IN tex.
ibi per metum, vide Bal. in corpore, ac aduertas ꝙ
pariter erit si ob nimiam reuerentiam contraheret
minor vt videtur tex. de hoc tex. in. l. i. §. qui one-
rande. ff. quarum rerum actio non datur ꝙ facit ꝓ
limitatione. c. quāuis de pactis in. vi. ¶ IN tex.
ibi etiam de hanc implicatiua diximus in. l. i. ff. de
iuris. omn. iud. & in. l. etiam. ff. solut. matrim. Natu-
ra. n. eius est implicare casum magis dubiosum iu-
ribus dictis: ꝙ secus est in implicatiua maxime,
que infra sequitur, ut ex hoc tex. colligere poteris
& notat Corneus. ¶ IN tex. ibi a maioribus ex
ponas uidelicet si maiores vi uel iusto metu iura-
uerint, ut sequentia suadent, ibi faciant silicet ipsi
maiores, aliter exponit in corpore quod mihi non
placet ¶ IN tex. ibi ne querimoniam, id est & si
non faciant querimoniam maleficiorum videlicet
vis aut metus commissi nihilominus iuramentum
erit nullum. Ita glo. dicit in corpore, Reprobaret
quia implicatiua nil implicaret uel implicaret ca-
sum habentem rationem maiorem. Item expositio
non congrueret, nam dictio ne significat, ut non
ut notatur per glo. in verbo retineat. l. cū pater. §.

Titio de leg.ii.alio modo exponitur, ne, uidelicet ut nō faciant, hoc est ne habeāt necesse facere Bal. hic, sed violatur secundum Corneum. nec adaptaretur implicatiua, maxime, nec illa est potissima ratio nullitatis. Vnde legas literam ut clare se nobis exhibet apparēter, & de facili pacto, uel iuramento uidelicet ne quis querimoniā maleficiorum faciat seu committendorū aliquid hic per Corneum

67 post Bal. videre poteris. ¶ IN tex. ibi nullius momenti, Quidem dicebant quo ad effectum prout alias in.l.qui in.ff.ꝙ metus causa sed intelligūtur ipso iure cum hoc proprie denotēt.l.generaliter.ff. de uerb.signi.ꝙ expeditum est si violenter iuramētum prestitum fuerit secundum omnes hic. Dubiū remanet in iuramento meticuloso constantis viri seu mulieris in casu quo queratur de muliere. Conclusiue dicas hic per Corneum similiter ipso iure nullum sicut uiolentum per hunc tex. equiparantē l.iam hoc iure de vulg.& pupill. hec iure ciuili procedunt secundum Cyn. Bar. Raph. hic & Bal. in corpore per istum textum & communiter omnes.

68 ¶ AN AVTEM iure Canonum iuramenta talia sint nulla dubitatur conclusiue tunc nulla nō erunt, immo requiritur absolutio per tex. in.c. verum, & in.c.si uero ubi glo. & communiter tenent extr. de iureiur. glo. in.c. Abbas, ꝙ metus causa, Archid. & glo. in.d.c. quamuis de pact. in.vi. Imol. in d.c. cum contingat, Respōdens ad illum tex. & ad tex. in.d.c. licet ibi seruare sine vi, &c. Dum per eū a contrario sensu argui posset, ut intelligatur quo

ad effectum ꝙ approbarem ex ratione posita in.d. c.cum contingat, ibi. Ne uiam periuriis aperire contingat, que ratio eadem est cum illa in.c.si uero,&.d.c.uerum argumento.l.illud.ff.ad.l. Aquil. cum vulg. Modo videtur uano dici ꝙ iure ciuili sit nullum ut supra cum in concernentibus animã sic in iuramento ius Canonum attendatur, habetur per glo.in.c.possessor.de Regul.in.vi. Vnde Corneus dicit hic iuramentum nullius esse momenti quo ad ea que sunt ciuilis iuris. Puta quia taliter iurans de periurio nõ puniretur quamuis alias puniri deberet.l.fin.i.de crim.stellion. Item per iuramentum tale non tolletur in integrum restit. de iure ciuili ac similia nõ impediet que sunt iuris ciuilis.nec istis in casibus Ecclesiasticus Iudex impedire poterit iudicem laicum, ut in eis iuramentum obseruare faciat iuxta.c.licet,de iureiur.cum alienam iurisditionem impedire non possit.d.c.nouit, sed solum respectu anime iuramentum ualebit.d. c.si uero,&.d.c.uerum & in hoc tantum requiritur
69 absolutio secundum eum. ¶ Sed aduertas ꝙ immo ubi uersatur periculum anime ius ciuile per Canonum corrigitur & in meris ciuilibus casibus ac tẽporalis iudex ab Ecclesiastico compellitur, ut est tex.in.d.c.licet,ibi nos animarum periculis iũctis ibi predictis, & ideo sequitur ꝙ si nostro in casu presupponimus iuramentum tenere anteq̃ absoluatur adest periculum anime, consequenter ut Corneus minime bonum dixerit non impediri ciuilia. Preterea Doctores habetis post glo. in.d.c. pos-

ſeſſor.dicẽtes Papam tollere poſſe ciuilia iura ubi
periculum anime uertitur.Igitur caſum habemus
noſtrum. Quia dum dicunt iura ciuilia intellige-
re uolunt in ciuilibus non aũt de Canoniſtis quia
de Canonicis ius ciuile nõ diſponit.c.ſolite de ma
ior.& obed,igitur,&c.argumẽto.l.decem de uerb.
oblig. Item non haberet dubium per hec mihi uide
tur nullius aut parum utilitatis eſſe dum dicitur
iuramentum iure ciuili eſſe nullum, nec uerum ꝙ
ſupra Corneus dixit. Immo concluderem ꝙ reſti-
tutio tollatur & ciuiles effectus omnes niſi iurans
(quamuis uiolenter) abſolutus fuerit. ¶ Ex qui-
bus infero contra dominum Vincentium de Me-
diolañ. Que in.d.c. cum contingat ſequitur Ra-
phael. Volentes in terminis illius.c. iuramentum
non tenere quia interpoſitum dicebant in caſu a iu
re prohibito ſecus dicebant in non prohibito, ut
in caſu.d.c.uerum &.d.c.ſi uero.nam ut ſupra dixi
ratio eadem eſt in illorum quolibet, ne contingat
ſub tali pretextu uiam periuriis aperire ac ut mate
ria delinquendi tollatur unde diſpoſitio erit eadẽ
70 iurib.vulg.ac diſtinctio euaneſcet. ¶ MODO
circa predicta mihi dubium oritur quid ſi quando
quis iurauit uel antea proteſtatus eſt ut quotidie
fieri ſolet an iuramentum teneat ita ꝙ abſolutio
ne ſit opus,exemplum quis minis uel metu ſeu vio
lenter ut facit quandoq; maritus induxit aliquem
uel uxorem ad iurandum, meticuloſus autem ſiue
mulier proteſtabatur ſe nullatenus uelle iurare vel
obligare,poſtmodũ ſe obligauit Iurauitq;. an iu-

ramentum teneat. Pro certo crederem tenere non
poſſe. Cum clare pateat non ſolummodo metum
interceſſiſſe uerumtñ obligandi conſenſum defe-
ciſſe quo caſu iuramentum nulliter interponitur,
ut per dominum Antonium in.d.c.cum contingat
& ibi Nichol.col.ii.per Ioã. Andr.in.c.vnico extr.
commod.& eſt tex.in.l.fin.de non numer.pecun.&
in.l.fi.ad municip. Vnde cõcluſio noſtra ſuperior
& tex.in.d.c.uerum &.c. ſi uero procedit in caſu
dubio uel ubi nõ expreſſe pateat conſenſum defe-
ciſſe ſi autem expreſſe pateret Iuramentum non ar
ctabit quia ratio dictorum capitulorum ceſſat ex
quo de periurio minime timetur, ubi certi ſumus;
71 quem Deo ſe obligare noluiſſe. ¶ Inſuper aduer-
tas idem ut ſupra quando doloſe quis ad iurandũ.
inductus fuerit. Nam ſi dolus talis exiſtat qui con
ſenſum ceſſare faciat iuramentum non arctat, ut ꝑ
eoſdem doctores ut ſupra, tumqꝫ dicitur dolum fa
cere ceſſare conſenſum cum quis mendaciis falla-
ciiſqꝫ ductus fuerit: ad contrahendum, ſic ut dolus
dederit contractui cauſam, ſed ſi non dediſſet cau
ſam, tunc ſecus crederem. ſed ꝙ in contractu dolus
inciderit, ſecũdum Dominum Antonium & Imol.
xxvi.cart. vbi ſupra. Quibus addo tex.in.l.vnica.i.
de rapt. virg. ibi doloſa perſuaſio pluſq̃ uiolenta
coactio eſt. Corneus tamen hic in vltimis verbis ar
guit ꝙ ſi dolus talis dans contractui cauſam con-
ſenſum ceſſare faceret. Sequeretur ut etiam in con
tractu ſtricti iuris adhibitus redderet contractum
nullum; & tamen contrarium glo. doctoreſqꝫ uo-

sunt omnes in.l.& elegâter.ff.de dolo in fine glo. mag. Item arguerem ꝙ si uerum Imola sequacesq; ubi supra dicerent. Sequeretur vt eadem ratione dici deberet quando metus contractui causam daret ut faceret cessare cõsensum. Nam vbi metus infertur dolus adesse videtur, & tamen contrarium patet in.d.c.si vero cum reliquis ubi dicitur indistincte de metu & tamen non facit cessare consensum ut patet dum obseruari uult iuramentum per hec finaliter concluderem contra Imolam, & ceteros concludentes dolum dantẽ contractui causam facere cessare consensum. Nam ex eo solo non dicerem cessare cõsensum sed ex aliis apparere ꝙ oporteat. Ad hoc ut iuramentum reddatur nullum nec absolutione sit opus. exemplum si uis dicas ut in superiori puta quis in contrahendo vel antea dixisset se obligare uelle dummodo non decipiatur uel similia que demonstrarent se obligare noluisse ubi dolus adhiberetur, nam tunc ex quo clare patet in iuramento defecisse consensum in casu doli cessat periculum anime cũ clarescat periurium committi non posse merito cessabit ꝙ in.d. c.uerum,&.c.si uero, ubi pro ratione periculum illud assignatur cum Dei laude sum in his expeditus Antonius de Mattheis Iuris minimus.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQ.

Romæ Antonius Bladus Aſulanus excudebat,
Anno Domini M. D. XLI.
Menſe Auguſto.


LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1971
ROMA

